



# **Historia Aristaeae, Ptolomaei Philadelphi, Aegyptiorum Regis ad Eleazarum pontificem Judaeorum Legati, de Scripturae Sacrae per LXX.**

<https://hdl.handle.net/1874/429701>

3

HISTORIA  
ARISTAE-  
AE, PTOLOMAEI  
PHILADELPHI, AEGYPTIO-  
rum Regis ad Eleazarum pontificem Iudaorum  
Legati de Scriptura sacra per LXX. Interpretes translatione, & de pulcherrimis Septuaginta adiutibus questionibus, quas Rex ipsis proponuit: ex manuscriptis Gracis atq; Latinis codicibus, & SS. Patrum libris diligenter restituta, & Commentarijs atq; adnotationibus illustrata,

PER  
IACOBVM MIDDENDORPIVM,  
Theologum & Iurisperitum.

*Numerorum n.*

Congrega mihi LXX. viros de senioribus Israel, quos tu nosti, quod seniores populi sint, ac magistri: & auferam de spiritu tuo, tradamque iis, ut sustentent tecum onus populi.

COLONIÆ  
*Apud Maternum Cholinum.*  
M. D. LXXVIII.

Cum Gratia & Priuil. Cæs. Maiest.

PRAECIPVA CAPITA  
QVAE IN HOC LIBRO  
EXPLICANTVR.

1. PROLEGOMENA quædā, de Aristea authore, & Eleazaro, atq; Ptolomao, deg; ipsis interpretibus: quare cum 72. fuerint, 70. dicantur, quibus locis separati, quos libros, quot diebus transstulerint: quanto semper authoritatis eorum translatio fuerit: & cur D. Hieronymus ex hebreo iterum scripturam interpretari voluerit.
2. Elegantes epistola de vocatione, atque virtutibus ipsorum interpretum.
3. Quam præclara Ptolomeus munera Iudeis transmiserit.
4. Vrbis Hierosolymitanæ, & templi, ac sacrificiorum descriptio.
5. Traditionum atque ceremoniarum Iudaicarum pulcherrima interpretatio.
6. Ad 72. questiones quas Rex singulis unam proposuit, doctissime responsiones: ut omnibus hominum ordinibus, maxime viris principibus, cognitu per quam necessariae sint.
7. Regij connivij elegans exemplum.

RE-

# REVEREN-

*DISSIMO ET ILLVS-*

*TRISSIMO PRINCIPI AC*

*Domino, D. Gebhardo Electo Archiepiscopo  
Coloniensi, Sacri Romani Imperij per Itali-  
am Archicancellario & Septemviro, VVest-  
phalia & Angaria Duci &c Domi-  
mino sno clementissimo: Jacobus*

*Middendorpius sive*

*Wgarren.*

**R**EVERENDissime Archi-  
præsul, Illustrissime Septem-  
viro: Cum superioribus annis  
de bonarum literarum & libe-  
ralium artium, diuinarumq;  
& humanarum scientiarum prima origine,  
progressionibus atq; incrementis, & de cel-  
lebrioribus vniuersi terrarum orbis acade-  
mias perscriberem, materia illa postulabat,  
ut de sacrosanctæ Scripturæ sub Elea-  
zaro Pontifice Iudæorum per Septuaginta  
Interpretes translatione, & de Ptole-  
mæi Philadelphi Aegyptiorum Regis ad-  
miranda bibliotheca necessario aliquid  
in Academia Alexandrina differendum es-  
set: Nihilque mihi illo tempore antiquius  
† z fuisset.

## EPISTOLA

fuisse, quām ex professo illam præclarissimam materiam perpurgare.

Quoniam verò illa ardua, & perquam difficilis esse videbatur, quæ sine maiori otio & labore, quām ego tunc priori adhuc operi immersus abundabam, pro dignitate & excellentia sua pertractari nequiret, ergo in tempus magis oportunum, istum locum rei cōcere oportuit.

Interim historiam Aristæ, qui hanc rem ad Philocratem elegāter descripsit, nactus, quicquid in diuinis & humanis literis, in veterum orthodoxorum Patrum commentarijs & probatissimis historijs, ad hanc materiam pertinens, in quotidiana lectione reperiēbam; id huc, tanquam ad locos quosdam communes referendū duxi. Et quotiescumque occasio tulit, nonnihil studij atque laboris, in eis rectè disponendis & exornandis collocaui. Hoc cùm quidam ex meis amicis percepissent, ad elaborandum istud opus diligentissimè hortabantur, sine quod priores de academijs libros imperfectos reasserebant.

Etsi vero illi plurimū apud me authoritate valebant, nec omnino aspernanda eorū argumenta videbantur: tamen publicis priuatisque negotijs haetenus impeditus, illi labori pro eorum expectatione & volun-

## DEDICATORIA.

tate mea , inhabitare nequiui .

Sed cum superiori anno Coloniæ Agripinæ pestis cōtagium ingrauesceret, omniaque fora, & omnes propemodum scholæ clauderentur, & liberius cum Deo & Musis colloqui liceret , omnibus alijs externis curis vacuus, oportunum illud ocium huc potissimum conferendum iudicaui, & ea, quæ antea collegeram, diligenter recognoui, ac in præsentem formam aliquando tandem redacta, typis excusa in lucem prodire permisi.

Quo meo labore, si non vel causæ magnitudini, vel propositæ rei excellentiæ, vel amicorū expectationi per omnia satisfactū est, aliqua saltē ex parte id me consecutū spero, vt omnes homines, in primis autem Principes, si ea rectè intueri voluerint, non mediocrem hinc sīt fructum consecuturi.

Nam qualiter scriptura sacra sub Eleazarō summo Iudeorum Pontifice, & Ptolomæo Philadelpho AEgyptiorum Rege, ex Hebraica in Græcam linguā per Septuaginta interpretes transfusa fuerit: quare Domin⁹ Deus id ante filij sui incarnationem, per Iudeos, opera gentilium fieri voluerit: quām excellentes illi viri extiterint: cumq; LXXII fuerint, cur vulgo LXX. vocentur: qua ratione in interpretando vñ sint: quibus locis ,

† 3 quo

EPISTOLA

quo tempore, quos libros traduxerint: qua-  
re tanta semper in Ecclesia eorum authori-  
tas fuerit: quamobrem D. Hieronymus no-  
uam translationem ædiderit, deoque secretio-  
rib<sup>o</sup> illis mysterijs, quæ à Mose, authore spi-  
ritu sancto, LXX. Iudæorum senioribus re-  
licta, apud solos ordinarios synagogę Doc-  
tores cæteris incognita permiserant: &  
qua Scripturæ translatione nunc in Eccle-  
sia & scholis vtendum sit, & reliquas quas-  
dam abstrusas difficilesque quæstiones,  
quæ inter Theologos & Historiographos  
hactenus controuersæ fuerunt, edisseri: vt  
posthac omnes multo facilius eos assecu-  
turos putem.

Ipsa vero Aristæ historia ex diuersis ma-  
nuscriptis Græcis & Latinis exemplaribus  
restituta, & diuersa SS. Patrum lectione, atq;  
nouis commentarijs illustrata est: Septuagin-  
ta autem duæ pulcherrimæ quæstiones, ad  
quas 72. Interpretes sibi à Rege Ptolomæo  
propositas, ex tempore sapienter responde-  
runt, ex alijs probatis historijs sic explicatæ  
sunt, yt vtilissimā doctrinā complectātur.  
Omne Imperium à solo Deo proficiunt, qua-  
liter Deo authore inchoāda & administran-  
da Imperia sint: quis sit optimus regnandi  
modus: quomodo Princeps seipsum & sub-  
ditos suos recte gubernare, & sic vitam atq;  
mores suos cōponere possit, vt Deo charus,  
& omni-

## DEDICATORIA.

& omnibus gratus existat, oppressam Rem-publicam liberare, perturbatam restituere, & florentissimā reddere queat: Ut pater patriæ appelletur: Quomodo autoritatē & benevolētiā comparare; alios Principes sibi artefissimo amoris Vinculo deuincire, & subditos obsequentes efficere possit: vt magno satellitio non indigeat, aut externum hostem reformidare non sit magnopere necessarium. Quali familia, quibus amicis atque consiliarijs Principem circumseptum esse expeditat: quibus potissimum rebus occupari, & quamnam res cauere teneatur.

Hic de veritatis excellentia, & mendacij turpitudine de verorū amicorū & adulatorum discrimine, de acquirēda prudentia, de exercēda vera liberalitate, de cōuiuiorū modo, quando bella fuscipere liceat, & qualiter ea gerēda sint, deq; officio militū, & vnde victoria p̄sificatur, de vtraq; fortuna moderatè ferenda, vt neq; rebus aduersis, neque prosperis nimiū efferatur: De vectigalibus, de tributis, de exactiōibus. De insomnijs atq; diuinatiōe ex insomnijs, de cōmodissima ratiōe, qua ppetuum illum carnificem & crudele animorum tormentum tristitiam euitare, pernitiosissimaq; & execrabilis peste superbia & ira carere liceret.

Quomodo in Iure dicūdo & administrāda Iustitia, puniendisq; delictis absq; offensa

## EPISTOLA

versari queat, de præmiis bonorum & malo  
rū pœna, qualem se domi & foris, priuatim  
& publicè, in pace & bello, erga D E V M,  
erga parentes, erga præceptores, erga cognati-  
os & amicos, erga subditos, erga vicinos ge-  
rere debeat, breui compendio pertractatur.  
**Vt** non vtilis tantum ista lectio, yerū etiam  
iucunda principi futura sit.

Præterea, hic optimi Iudæorum Ponti-  
ficiis, & egregij Principis pagani exemplum  
depingitur: quod si omnes Christiani Ponti-  
fices & Principes sibi ad imitandum propo-  
nere voluerint, incredibiles inde fructus ad  
eos dimanabunt.

Nam in Eleazarō eximum veræ pietatis  
& religionis, diuinarumque rerū studiū ap-  
paret: qui & ipse vir optimus esse concupie-  
rit, & vt sacerdotes & sacrorum ministros  
iustos, continentes, puros, moderatos, & in  
officio suo sedulos haberet, nihil de sua dili-  
gentia prætermiserit.

In Ptolomæo autem Rege, egregia in pro-  
mouendis bonis literis, in extruenda bibli-  
oteca, ornandaque & fulcienda Repub-, vo-  
luntas, & incredibilis erga veram religionē,  
veramq; sapientiam, & eruditos prudentes-  
que viros amor elucet.

In quorū vtroq; omniū Christianorum  
principum, præcipuū officiū, & summa glo-  
ria

## DEDICATORIA.

ria consistit, ut quotquot ea neglexerint, & DEO, qui eos præ cæteris ad summos illos magistratus ex mera diuina bonitate sua e- uexerat, ingrati extiterint, illos infelices, atque inglorios euafisse historiæ commemo- rant.

Illi vero Principes feliciter & diu impe- rasse legantur, qui syncerum Dei cultum , veramque Catholicā religionem, ac sacro- rum hominū integritatem, & sapientiæ stu- dia, & reipublicæ salutē, præ cæteris omni- bus rebus, diligentissime curauerunt. Nam DEI profecto numine, consilio & volunta- te, imperia regna & principatus nascuntur, augentur & retinentur, eiusque mente ac ratione gubernantur, eius ope, & auxilio ful ciuntur, eius denique offensione labuntur & concidunt. Princeps igitur qui vult munc- res suo perfungi, commissamque sibi Eccle- siam, & rem publicam aptè moderari, & im mortalī gloria circunfluere , ac in abun- dantia honorum , in pace & tranquillita- te publica versari concupiscit, hoc sibi persuadere cogitur, omnem fœliciter ad- ministrandi rationem, Dei præpotentis cul tu, diuinique numinis placatione contineri. Ut non solum ipse toto animo in D E I, cu- ius ipse Vicarius est, amorem veramque re- ligionem incumbat, & castissimis, arden-

## EPISTOLA

tissimisq; precibus Dei operam efflagitet, ve  
rum etiam omne officium suum eo referen-  
dum putet, vt subditos suos beatos atq; fœli-  
ces, Ecclesiā vero & répub. florentē reddat.  
Quod sic demū effecerit, si operā det, vt oēs  
subditi Deo suo pietatis cultu fideiq; sancti  
monia deuinciantur, & omnium animi reli-  
gionis & sanctitatis sapientiæque disciplina  
imbuantur. Cum nihil quicquam Deo ma-  
gis displiceat, quam sui diuinique cultus &  
Religionis obliuio atq; contemptus, Cleriq;  
& ministrorum suorum impuritas & disso-  
lutio, nihilque populum Christianum ma-  
gis offendat, quam Ecclesiasticæ disciplinæ  
interitus & ruina, ac eorum qui cæteris præ-  
Iucere, & reliquostanquam sal condire de-  
bebant, ignorantia & fluxi atque depravati  
mores. Id quod veteres omnium Patrum  
quærelæ testantur.

Hinc B. Hieronymus olim cum dolore  
exclamabat: heu, totus mundus ruit propter  
nostra peccata, & tamen in nobis non ruunt  
peccata: Ut vix quicquam magis ad veri Pó-  
tificis & boni Principis officium hoc tépo-  
re pertinere putem, quam conseruandæ &  
instaurandæ veræ religionis syncerique cul-  
tus D E I & Ecclesiasticæ disciplinæ bona-  
rūq; literarū studium. Inde nāq; sit, vt sum-  
mū illū Deū sibi patronum adoptent, cuius  
ope

## DEDICATORIA.

ope & auxilio Ecclesiam & rempublicam  
omni ornamētorū genere illustrare & be-  
tissimā reddere possint: Et populus vera re-  
ligione & optimis moribus imbutus, per se-  
ipsum, ea, q̄ recta sunt, faciat: ipsi vero prin-  
cipes maximam dignitatem multis egregijs  
ornamentis amplificatam, & solidam apud  
posteros laudem consequantur: longeque  
firmiori præsidio sese contra omnes aduer-  
sarios communiant, quam si maximo & fir-  
missimo exercitu stiparentur.

Quod opus vt tibi potissimum Reuerē-  
dissime Archipr̄esul & illustrissime Sacri R.  
Imperij Septemuir dedicarem, tres præci-  
puæ causæ impulerunt.

Primo quidem, quod prior ille de bona-  
rum artium & academiarum origine tibi  
iam ante inscriptus labor huic operi occasi-  
onem dederit.

Deinde, quia eam semper dete, ex  
varijs præfigijs certissimisque circun-  
stantijs confirmatam spem habui, futu-  
rum aliquando, vt ad summos honores  
& maximos magistratus concenderes: &  
hoc nuper fœliciter atque gloriose acci-  
disse viderem, vt Nobilissimæ Colonien-  
sis Ecclesiæ Archiepiscopus, & Sacri Ro-  
mani Imperij Septemuir eligereris, ideo  
in tanto Clarissimorum Principum, & Or-  
natissimorum virorum eam sublimitatem,  
gratu-

## EPISTOLA

gratulátium numero, ego etiam animi mei  
lætitiam solidó aliquo argumento declarare concipiui.

Præterea cū splendidissimam quidē, sed duram te prouinciam suscepisse, & in diffíllima, periculosa, & turbulenta tempora incidiisse animaduerterem, diligenterque in eo laborare perspicerē, vt Ecclesiam & Répub. tuā repurgare, erigere, cōstituere & cōfirmare posses, vt te authore libera, pura, & tranquilla redderetur: pro veteri meo erga te amore, & obseruantia cogitare cœpi, qualiter aliquid adminiculi ad piissima illa maximeque salutaria consilia suppeditarem.

Ideoque hoc opus maturaui, in quo multa continentur, quæ in isto Imperij tui primordio, tibi vñi & solatio esse possint.

Non abs re veteres difficultimum esse putauerunt, rectè imperare, & Principē in Ecclesia Dei & Repub. Christiana locum obtinere, cum summa difficultate & ingenti periculo coniunctum esse tradiderunt.

Vnde Saturninus apud Spartianum. Nescitis inquit, amici, quid malis sit imperare, q̄ Imperatorem me cupitis, in necessitatem mortis me trahitis.

Et Alphonsus Aragonum Rex gloriosam seruitutē regnū appellabat: omnesque subditos suos breui tempore Reges fuisse, &

reg-

## DEDICATORIA

regnandi difficultatem percepisse, optare solebat. Maiorem te nunc ista conquerendi occasionē habere, & in difficillima tempora incidiſſe, ac satis perturbatam, & exhaustā, collapsamque Ecclesiam & rem publicam accepisse, libenter cum dolore profiteor. Sed aliæ grauiſſimæ cauſæ ſunt, quæ te merito conſolari debent.

Vetus opinio eſt, multorum ſapientū ſtabilita conſenſu: Quòd quo preſtantius quicque & excellentius eſt: eo id majoribus ferè difficultatibus circumſepiatur. Et omnium magnarum rerum principia ſemper difficulta tia fint: quodque ex duris gloria, ex asperis ſolidi voluptatis fructus profiſcantur.

Hinc clarissimi Maiores tui, tantam ſibi familiæque ſuas olim gloriam pepererunt. Et nemo ex omnibus Christiani orbis Principibus eſt, qui non ſuis difficultatibus laboreter.

Ad hæc, certo tibi persuadere poteris, diuinum numen in hac ſanctissima re, in qua diuini nominis ſui gloria, & chariſſimæ ſpōſæ ſuę Ecclesiæ in columbitas conſiſtit, nunquam tibi defuturum.

Quo adiutore, nihil tam difficile eſt, quod non facilime peragatur. Neque ſolum maxi mi & potentifſimi principes ſtatim per peculiares Legatos egregiam ſuam erga te voluntatem

## EPISTOLA

tatem declarauerunt. Verum etiam (quod in primis optandum erat) singularem & inauditum omnium fere subditorum tuorum amorem & benevolentiam expertus es: & quid tibi de illis in vtramq; fortunam polliceri posses, cognouisti. Quia vnicum in re quantum semper momenti positum fuerit, qualiterq; ea multorum Principum animos creixerit, verbis explicari non potest. Nam quem omnes diligunt, pro eo & armis decertare, & opes atq; fortunas ac sanguinem suum profudere, si necessitas postulet, nequaquam de trecentabut. Ut nihil ei quicquam sit defuturum, sed oes difficultates paulatim Dei auxilio & subditorum amore ac benevolentia facile superabit.

Sicut multos potissimum Reges qui florenter & pacata republicam acceperant, propter odium subditorum animi doloribus excruciatos, & a paruis sepe hostibus superatos atque eis & eos fuisse historici commemorant: ita multos Principes in turbato & exiguo regno contra maximos hostes, ciuium amore & benevolentia, vel conseruatos vel restitutos accepimus. Quare Periander apud Diogenem Laertium, his ait, qui facile & tuto regnare volunt, dandam operam, ut non tam armis quam benevolentia stipentur, Et clarissimus ille orator & maximus Philosopher

## DEDICATORIA:

plus Isocrates Nicocli Regi olim consuluit, ut hanc optimam expeditissimamq; regnādi ratiōem, & tutissimam corporis custodiā existimaret, si & amicos haberet virtute præditos, & ciues benevolentes. Ut hac profecto in parte tibi plurimum merito gratulari possis, quod non tantum omnes ferè ciues qui prudentia & rerum vsu valebant, sed pueri quoque in plateis animi sui lætitiam verbis & signis exprimebant, & sub tali Principe fœlices te fore arbitrabantur, qui salutares corporum & animorum dapes ipsis posthac liberaliter suppeditaret.

Quæ benevolentia non ex falsa aliqua persuasione, sed ex ipsius virtutis tuæ & Maiorum tuorum admiratione profecta est. Si enim velimus refri-  
care memoriam temporum, & veteres recentesque Germanorum historias perscrutari, reperiemus clarissimam illam Truchſeiorum familiam Ecclesiæ Dei & reipublicæ Christianæ, sacroque Romano Imperio difficillimis in rebus magno semper usuiatque ornamento extitisse: & tam de Ecclesia Catholica & sacratissima religione, quam de diuinis & hu-

## EPISTOLA

humanis literis atq; eorum academijs pre-clarè meritam: & cum tanta laude maximos magistratus gessisse, vt propter eorum virtutes subditi ipsis seruire quàm imperare malent, Quod non solum in Tübingeri & Dillingana academia iam ante à medemonstratum est: verum etiam infiniti clarissimorum Scriptorum libri testantur: omnesque Itali, Germani, Galli atq; Hispani, quotquot sempiterna memoria dignos, charissimū pretrē tuū Gulielmum Truchsesium, & Ottonene Cardinalem Augustanū tuū patruū nōuerunt, profitentur.

Quorum omniū religionis, pietatis, fortitudinis, & prudetiae ornamenta in te aperi-  
tissime reluent. In quem benignissimus ille DEVS tot preclarissimas animi corporisque dotes vberime transfudit, vt clarissimi majoribus tuis obscuritatē quandam allaturus, Truchsesiorum vero nomen splendidissimū & immortale facturus videaris.

Veteris Romanæ reipublicæ decus & ornamentū Latiniq; sermonis, & perfectæ eloquentiæ parens, M. Tullius Cicero, in oratione pro lege Manilia demonstratur<sup>2</sup>, Cn. Pompeum dignissimum esse, qui bello Asiatico Imperator preficeretur, quatuor illa, quæ in verò Imperatore requiruntur, scien-  
tiam

## DEDICATORIA.

rei militaris virtutem, authoritatem & fœlicitatem in Pompeio, inueniri asserebat. Si militer illi omnia ea in te abundare videbant, quibus Maiores tui istam laudis excellentiam consecuti fuerunt: & quæ in eo Archipræfule & Septemuiro desiderari possent, qualem hæc periculofissima tempora requirunt. Veram pietatem, & synceram religionem catholicam ab optimis parentibus cum lacte imbibisti, singulari & ad præstatiissimas quasque res percipiendas aptissimo ingenio te natura exornauit: in quo excolendo amplificandoq; parentes nullo labore, nulla cura & industria, nullisq; sumptibus pepercerunt: Sed optimis & maximum artium clarissimis magistris pulcherri- me erudiendum tradiderūt. Sub quibus tibi ipsi officio que tuo nequaquam defuisti, sed domi & foris in præcipuarum orbis Christiani Prouinciarū celebrioribus Academijs tantas in omni ferè doctrinarum & virtutū genere progressiones fecisti, vt omnes idcirco te merito amarent & admirarentur.

Cumque in publicis magistratibus vélut per gradus exercuisses, breui tempore factū est, vt quantum ingenio, quantum confilio, quantum humanitate, quantum prudētia, quantum supra ætatem in rebus agendis dexteritate, quantū dicendi grauitate & co-

## EPISTOLA

pia, quātum sapientia, quantū reliquis  
virtutibus & apud aliarum prouinciarum  
summos viros fauore valeres, omnibus in-  
notesceret.

Ideoq; optimi quiq; non tantum summo  
gloriæ & honoris splēdore te dignissimum  
iudicabant, verum etiam admiranda quædā  
per te Dominū Deum in ecclesia & repub-  
lica sua operaturum sperabant.

Quoniam ergo per Dei præpotētis grati-  
am, & per egregias virtutes tuas, cum tanto  
honore & tanto subditorum gaudio, in v-  
tramq; illam dignitatis & splendoris excel-  
lentiam in ecclesia & republica Christiana  
euectus es: idcirco ijsdem planè verbis  
te & exhortandum & consolandum du-  
xi, quibus Scipionem Africanum, a-  
pud Ciceronem in somnio Scipionis o-  
lim admonitum & consolatum legimus:  
Quo sis Africano alacrior ad tutandam  
rempublicam, sic habeto: Omnibus qui  
patriam conseruarint, adiuuerint, auxe-  
rint, certum esse in calo ac definitum lo-  
cum, vbi beati æuo sempiterno fruentur  
Nihil enim est illi Principi D E O, qui  
omnem hunc mundum regit, quod quidem  
in terris fiat acceptius, quam concilia cœtus  
que hominum Iure sociati, quæ ciuitates ap-  
pellantur. Horum rectores & conseruatores  
hinc

## DEDICATORIA.

hinc profecti, huc reuertentur. Animam tuā  
exerce in optimis rebus: Sunt autem optimæ  
euræ de salute patriæ, quibus agitatus & ex-  
eritatus animus, velocius in hanc sedem &  
domum suam peruolabit.

Et eadem oratione vtar, quā olim Mar-  
docheus ad Reginam Hester, vt grauissimè  
laborati, & propemodum extinctæ Iudeorū  
synagogę succurreret, v surpassescriptura sa-  
cra cōmemorat: Quis scit, si propter tempus  
istud peruerteris ad regnum:

Quod cū Hester diligēter faceret, omniaq;  
cōfilia, & vniuersos conatus suos ad conser-  
uationem synagogæ atque reipublicæ, & ad  
ciuum suorum incolumentem conferret:  
Deus sanctissimum illius laborem sic pro-  
mouit, vt vtrunq; miraculose cum summa  
gloria & nunq; haētenus audito publico fru-  
ctu consequeretur:

Idem ille Deus ad Mosen populum Isra-  
el ex miserrima Aegyptiorum seruitute li-  
beraturum: Vade, inquit, ego profecto te-  
cum ero. Idem ille D E V S ad Iosue po-  
pulum Israel in terram promissionis indu-  
cturum, ait: Quemadmodum fui cum Mo-  
se, ero tecū, non derelinquam te, neq; dēserā-  
te non consistet quisquam ante te, omnibus  
diebus vitæ tuæ.

Conforta & robora te, quia tu posside-

EPISTOLA

refacies populum hunc terram, de qua iu-  
raui patribus eorum, me daturum illis.

Tamen conforta te & robora te valde,  
& custodias & facias secundum omnem le-  
gē, quā praecepit tibi Moses, ne declines ab  
ea ad dexteram aut sinistram, ut propere  
agas in omnibus, ad quā porrexeris.

Idem ille DEVS per Samuelem Pro-  
phetam ad primum Iudæorum Regem Sau-  
lem dixit : Cum venerint signa ista tibi,  
fac quod inuenierit manus tua, quia DLVS  
tecum est.

Idem, inquam, ille DEVS singulari  
consilio te potissimum in hæc periculosis-  
simæ tempora referuasse videtur : vt per te  
suam Ecclesiam & rempublicam aliquan-  
do tandem ab omni errore, ab omni macu-  
la, ab omni periculo, denique à malis  
omnibus expurgaret. Esto igitur vir for-  
tis, & DEI atque bonorum fide sapi-  
entumque hominum auxilio facile te hoc  
effecturum crede, vt ecclesiam & rem-  
publicam tuam florentissimam reddas, &  
sempiternum decus, immortale nomen &

nullo vñquam tempore intermori-

turam laudem consequaris. Co-

loniæ Agrippinæ Kale.

Martij. Anno

1578.

IN-

INDEX RERVM AC  
MATERIARVM HOC VO-  
lumine contentarum.

- |   |         |
|---|---------|
| <i>Adulatores.</i>  | 213     |
| <i>Aduersitates qualiter ferenda.</i>                                       | 142     |
| <i>Afflictio Dei utilis est.</i>  | 141     |
| <i>Alexandriae urbis descriptio.</i>  | 81      |
| <i>Amici prius probandi.</i>  | 259     |
| <i>Amici veri qui sint, &amp; quomodo cognoscantur</i> 213 & 260.           |         |
| <i>Avaritia.</i>  | 158     |
| <i>Amor erga doctos</i>   | 85      |
| <i>Amor &amp; benevolentia ciuium Principi utilissima.</i>                  | 190     |
| <i>Amor &amp; benevolentia ciuium quomodo comparentur</i>                   | 109     |
| <i>Animalia munda apud Iudeos que fuerint</i>                               | 89      |
| <i>Aristae hec historia quantam fidem mereatur.</i><br><i>folio 3.</i>      |         |
| <i>Aristaeam huius historiae folio 1. verum, authorem effigie.</i>          |         |
| <i>Augustini de translatione Hieronymi Judicium.</i>                        | 30. 46. |
| <i>Bella quando suscipienda &amp; qualiter gerenda.</i><br><i>121. 135.</i> |         |
| <i>Belli duces quales habendi.</i>  | 280     |
| <i>Benevolentia ciuium quomodo comparetur.</i><br><i>109.</i>               |         |

INDEX

<i>Bonum summum.</i>	136
<i>Castigatio qualiter adhibenda.</i>	135
<i>Castigandi delinquentes modus.</i>	114
<i>Confiliarij.</i>	242
<i>Ciborum delectus Iudeis à Mose traditus.</i>	
89.	
<i>Clementia principis.</i>	154
<i>Clodonai Regis Gallorum conuersio.</i>	
122.	
<i>Cognitorum officium.</i>	208.
<i>Cognitionis utilitas.</i>	208.
<i>Coniuicia quomodo celebranda.</i>	285
<i>Conscientia mala excruciat.</i>	209
<i>Coniuicia Iudeorum.</i>	99
<i>Coniuiciorum forma.</i>	99. 289.
<i>Coniuiciorum inspectatores.</i>	294
<i>DEI, cognitione &amp; timore summum bonum.</i>	
136. 201.	
<i>Dei nomine omnia inchoanda.</i>	144
<i>Deus dat, conseruat &amp; auget, adimitque Regnum.</i>	104.
<i>Deus omnia vita punit.</i>	163
<i>Deus omnia nouit, omnia aperte intuerit.</i>	
87.	
<i>Deus omnia nouit, omnia videt.</i>	163
<i>Deorum cultura stultiissima.</i>	88
<i>Dijgentium dæmonia.</i>	87
<i>Disciplina quomodo surpanda.</i>	135
<i>Disciplina utilitas.</i>	141.
	<i>Di-</i>

INDEX.

Divitiae quomodo conseruentur.	145.
Duces belli quales.	280.
Ebrietas cauenda.	291
Ecclesiastica bona non distrahenda.	150
Eleazaris epistola ad Ptolomeum Regem.	
62.	
Eleazarus Ponifex Iudeorum 4. Eius laus.	
49.	
Electio Regum & Principum.	297. & seq.
Epistola ad Eleazarum pro libris & Interpretibus.	60. & seq.
Exactiones extraordinariae nimis graues, periculose sunt.	147
Filiij felices sunt ob virtutes parentum.	138.
Feminis multa conceduntur.	119
Fortitudo.	140. 145
Fortuna utraque quomodo fortiter ferenda.	140
Gloria vera qua sit.	193
Hieronymi translatio scripture,	21
Hieronymus quare nouam translationem edit.	23
Hierosolymitanae urbis situs 80. descriptio.	
74.	
Altare Hierosolymitanum.	75.
Historiarum lectio utilissima est.	139. & 283.
Ignorancia quomodo caueatur.	212. & 284.
Imperia à Deo profiscuntur.	104.
Imperium amittitur propter peccata.	137..
Imperium quodnam sit optimum.	84
Inglunies noxia est.	290
	127.

# INDEX.

<i>Inuidia</i> quanta sit bestia, & quam indigna sit Princip <sup>g</sup> .	185.
<i>Iordanus</i> fluuius.	83
<i>Ira</i> quomodo temperanda	228
<i>Ira</i> quam perniciofa bestia sit.	227
<i>Index</i> fertilitas.	82
<i>Iudeis</i> peculiarem rationem cibi & potus prescripsit Moses.	89
<i>Quae munera dederit Iudeis in templum.</i> Hierosolymorum.	67
<i>Judicis</i> officium.	III.112
<i>Ius</i> qualiter dicendum.	111
<i>Iustitia</i> principibus necessaria.	107
<i>Iustitia</i> imago à veteribus quomodo depicta.	112
<i>Iustitiae</i> dignitas.	107
<i>Inueniibus</i> multa conceduntur.	119.
<i>Leges</i> sunt firmamentum reipublicæ.	266
<i>Leges</i> imitari & obseruare debent principes.	266
<i>Legibus</i> omnes decet obedire.	267
<i>Liberalitas</i> decet Principem.	145
<i>Liberi recte</i> educandi præsertim Principem.	216.
<i>Magistratus</i> amittitur propter peccata.	137.
<i>Magistratus</i> quibus mandandi.	272
<i>Mendacium</i> fugiendum Principi.	151
<i>Mendax.</i>	152
<i>Militum</i> delectus.	129
<i>Milium</i> malitia nocet reipublica.	131
<i>Mise-</i>	

# INDEX

- Misericors quomodo fiat princeps.* 154  
*Mors acceleratur per peccata.* 204  
*Muneribus capi non decet Principes.* 158  
*Mures quare Iudeis edere prohibitum fuerit.* 95  
*Negligentia Principum periculosa.* 172  
*Nobiles mitius puniuntur quam plebei.* 118  
*Orationis finis.* 254  
*Parentes honorandi.* 195. & 205  
*Parentum virtutes & vitia redundant in filios.* 138  
*Peccata hominum impediunt omne bonum.*  
 130. 137.  
*Peccata omnia punit Deus.* 163  
*Peccata quomodo vitari possint:* 163. 176  
*Peccatores citius mori.* 204  
*Peregrinari Principes non conuenit reip.* 220  
*Philosophia quid sit & quam Principes decebat.* 230  
*Pietas est optima pulchritudo.* 196  
*Pius & religiosus quomodo quis esse possit.*  
 163. 176.  
*Pontificis Iudaorum ornatus.* 78  
*Torcina carne Iudeis uti non licuerit.* 91  
*Premys & penis respub. conservatur.* 102  
*Preces ante mensam.* 99  
*Preces bonorum efficaces & Principibus utrissime.* 192  
*Poenae moderate adhibende.* 103. & 14.  
*Panarum introductio.* 112. 113  
 Pe-

# INDEX:

<i>Pœnarum necessitas.</i>	<i>codem.</i>
<i>Princeps debet esse reliquis melior.</i>	170
<i>Princeps debet esse liberalis.</i>	145
<i>Principes diligenter omnia peruestigare debent.</i>	161
<i>Princeps tenetur rempublicam nosse &amp; amare.</i>	173
<i>Principis imago.</i>	160
<i>Princeps Dei imago est.</i>	108
<i>Principem omnes obseruant.</i>	182
<i>Principem omnes ferè imitantur.</i>	181
<i>Principibus utilissimum est historias crebro legerg.</i>	283
<i>Principū negligētia reip. pernitiosissima est.</i>	161
<i>Prudentiae excellentia &amp; an ea disci possit.</i>	202
<i>Ptolomeus.</i>	82
<i>Ptolomaei Philadelphi pater, amor erga bonas literas &amp; studium in extruenda bibliotheca Alexandrina.</i>	6
<i>Pulchritudo corporis.</i>	197.
<i>Regnare est difficilimum.</i>	184
<i>Regnum à solo Deo proficisci.</i>	187
<i>Religionem Princeps in primis curare debet.</i>	105.
<i>Rex seipsum regere debet.</i>	170
<i>Sacerdotum Iudaicorū in templo Hierosolymitanō officium, modestia, diligentia, sedulitas.</i>	77.
<i>Sacerdotio summi Iudeorum ornatus.</i>	78
	<i>Sar-</i>

## INDEX


- Sacrificia Iudei in rebus serijs adhibebant.* 97.  
*Sapientia fructus.* 231  
*Sapientia fructus.* 153  
*Satellitium optimum est ciuium amor.* 190  
*Scripturam quare DEUS per 70. Iudeos ante nativitatem filij sui in Grecam linguam, transferri voluerit.* 7  
*Scriptura quanam translatio hodie usurpanda.* 32  
*Scripturae interpretatio per B. Hieronymum, edita. 23. Qua ratione per 70. sicut translata u. & 20.* 10  
*Senibus parcendum in multis.* 119  
*Septuaginta duo interpretes quare missi fuerint ab Eleazaro, & cur septuaginta vocentur, cum fuerint.* 72.  
*Septuaginta Interpretes quo loco suam interpretationem scripturam perfecerint.* 20. 22. 23. 25. 39. 99.  
*Septuaginta interpretum laus.* 7. 41. 84. Eorum interpretationis autoritas, 19. 21. 33. & seq. Eorum arcana mysteria 37. Qua ratione in interpretando sint usi. 11. 19. Et spiritu sancto sunt scripturam interpretati. 17. 19. 20. 21. 33. 40. 42. 44.  
*Scueritas nimia perniciofissima est.* 117  
*Sion arcis Hierosolymitanæ descriptio.* 79.  
*Somnia mala quomodo vivari possint.* 177.


Somnia


## INDEX


- Sennus quomodo capiendus.* 178  
*Superbia qualiter cauenda.* 141  
*Superbia quomodo vitari possit* 233  
*Superbia indignitas* 233. & 259  
*Supplicia sunt in repub. necessaria.* 112  
*Temperantia.* 203  
*Templi Hierosolymitani situs & ornatus.*  
 74.  
*Tristitia mala.* 199  
*Valetudo corporis quomodo conseruetur.* 203  
*Vestes Iudeorum peculiares.* 94  
*Victoria impeditur per peccata hominum.*  
 130.  
*Victoria ex bello unde speranda.* 122. 124  
*Victoria qualiter vtendum.* 132  
*Victoria à solo Deo proficiseitur.* 125.  
*Vigilare decet Principes & Magistratus.*  
 159.  
*Vini minimus usus prohibitus,* 291  
*Virtutem cur non omnes amplectuntur.* 264  
*Vxores quomodo tractanda.* 222.











# PROLEGOMENA IN Aristææ historiam.

De Aristææ authore. Cap. I.

 Osephus lib. 12. antiquitatum Ju-  
daicarum cap. 2. Qui vult, inquit,  
singula cognoscere, quæ in conui-  
nio illo ( Ptolomæi Regis & septuaginta  
duorum interpretum) præparata fuerunt,  
legat volumina Aristææ, quæ propter hoc  
conscripterat, & intelliget.

Et Eusebius lib. 8. Euangelicæ præpara-  
tionis cap. 1. Fuit quidem traduictio facta  
temporibus secundi Ptolomæi, qui Phila-  
delphus vocatus est, quam rem Aristæas  
vir doctus, vt pote qui rebus aderat, dili-  
genter conscripsit.

Idem lib. 8. cap. 3. Hæc Aristæas, alter ex  
legatis, conscripsit.

Epiphanius libro de ponderibus & mē-  
suris: Primi interpretes diuinæ scripturæ  
fuerūt, ex Hebraica lingua in Græcam, sep-  
tuaginta duo viri: qui eandem primam  
interpretationem tempore Ptolomæi Phi-  
ladelphi interpretati sunt, & electi fue-  
runt ex duodecim tribubus Israel, ex sin-  
gulis tribubus sex viri, velut tradidit Ari-  
stæas in libro suo.

A Tertul-

## PROLEGOMENA

Tertullianus apologetici cap. 19. Affirmavit hęc vobis etiam Aristaeas, ita in Gręcum stylum ex aperto monumento reliquit.

Ioannes quoque Zonoras lib. primō annalium non pauca ex Aristaeā recensuit. Et Sixtus Senensis lib. 4. bibliothecę sanctę: Omnes, inquit, hi septuaginta duo viri simul claruerunt, tempore Eleazari & Ptolomaei Philadelphi secundi regis Aegypti, Olympiade. 124, anno ante C H R I S T I ortum 350. quorum historiam scripsit Aristaeas, Ptolomaei supradicti regis hyperaspistes, in libro de septuaginta duobus interpretibus ad Philocratem fratrem peculiariter edito.

**Ad Anto-** Langus in cōmentarijs ad Iustinum phi-  
**ninum pro** losophum & martyrem, cūm Iustinus hęc  
**Christianis** sub Herode accidisse diceret: pro Herode,  
inquit, ponendus Eleazarus pontifex, hunc  
enim Aristaeas habet.

Diutis Hieronymus partim apologia contra Rufinum, partim prologo in pentateuchū, Aristaeā authoritate nititur, quodq; Aristaeas Ptolomaei ὑπερασπίζεται fuerit affirmat. Porrò, quām probus quām eruditus vir fuerit, singulari prudentia, & in rebus agendis dexteritate præditus, ac maximę propterea apud Ptolomaeum regem autho-  
ritatis;

IN ARISTAEAE HISTOR. 5

ritatis; ex vtraque tam Pontificis quam Regis epistola, quæ statim recitabuntur, appetat.

Historiam verò hanc suam & veram & certam esse, tribus ferè argumentis demonstrat: primo quidem, quod hæc omnia coram geri viderit: deinde quod cū Aegyptiorum annalibus, qui à sacerdotibus religiosissimè scribebantur, concordet; postremo, quod ipse Iudeus non fuerit, ne quis affectibus induluisse sibi persuaderet, sed propter Iudæorum religionem, pietatem, & sapientiam, eorum causæ apud regem, ut liberarentur, patrocinatus sit.

Quanquam Ioannes Ludouicus Viues ad caput 42. libri 18. de ciuitate Dei Augustini hunc librum qui iam extat, non tam ab ipso Aristæa, quam à recentiore quodam docto viro conscriptum putat: multi tamen grauissimi viri in contraria sententia sunt. Cùm indubitatum sit, Aristæam olim fideliter hanc historiam descripsisse. Et excusis omnibus ferè bibliothècis orbis Christiani, nulla hactenus alia Aristææ historia reperta est. Et hanc Aristææ historiam non esse, nemo adhuc ullo certo arguento demonstrauit. Sed hæc cum antiquis historijs, & veterum patrum commentarijs egregiè consentit,

& utilissimas omnium artium professoribus doctrinas complectitur.

**D**e Eleazarō pontifice Iudæorū, sub quo hæc contigerunt. Caput. 2.

**D**E Eleazarō summo Iudæorum Pontifice, Iosephus libri duodecimi antiquitatum capite secundo his verbis scribit: Defuncto principe sacerdotum Onia, filius eius Simon successor exitit, qui iustus est appellatus, propter pietatem quam in Deū, & fauorem quem erga regem habere videbatur. Quo mortuo, & filium infantulum relinquentे, Onia nomine, frater eius Eleazarus, de quo sermonem fecimus. (egregiat verò de hac scripturæ translatione) principatum sacerdotij suscepit: ad quem Ptolomæus has literas destinavit. Eadem ipsisdem verbis repetit Zonoras libro primo annalium. Diuus Hieronymus in cap. 9. Danielis prophetæ: Post Oniam, inquit, præfuit Iudæis Eleazarus Pontifex, quo tempore 70. interpretes scripturas sanctas Alexandriæ dicuntur in græcum vertisse sermonem. Et ad caput. II. Sub Ptolomeo Philadelpho 2. Aegyptiorum Rege, superioris Ptolomei filio, 70. interpretes Alexandriæ scripturam sacram in græcum dicuntur vertisse sermonem. Qui & Eleazarō Pontifici

tifici multa Hierosolymam, & in templi  
donaria vasa transmisit.

Beatus Augustinus lib. 18. de ciuitate  
Dei cap. 42. Has inquit sacras literas etiam  
vnuus Ptolomæorum regum Aegypti nos-  
se studuit, & habere. Nam post Alexandri  
Macedonis, qui etiam Magnus cognomina-  
tus est, mirificantissimam, minimeque diu-  
turnam potentiam, qua vniuersam Asiam,  
imò penè totum orbem, partim vi & armis,  
partim terrore subegerat: quādo inter cete-  
ra Orientis regna, etiam Iudeam ingressus  
obtinuit, eo mortuo comites eius, cum re-  
gnū illud amplissimum nō pacificè inter-  
se possessuri diuisissent, sed potius dissi-  
passent, bellis omnia vastaturi, Ptolomæos  
reges haberet cœpit Aegyptus. Quorum  
primus Lagi filius, multos ex Iudea capti-  
uos in Aegyptum transtulit. Huic autem  
succedens alius Ptolomeus, qui est appellata-  
tus Philadelphus, omnes quos ille adduxe-  
rat subiugatos, liberos redire permisit: insuper  
& dona regia in templum Dei misit, pe-  
tiuitque ab Eleazarō tunc Pontifice, dari si-  
bi scripturas, quas profecto audierat fama  
prædicante diuinās: & ideo concupuerat  
habere in bibliotheca, quam nobilissimam  
fecerat. Has ei cùm idem Pontifex misisset  
Hebræas: post etiam ille interpretes postu-

A 3 lanit,

lauit, & dati sunt ei septuaginta duo, de singulis duodecim tribubus seni homines, linguae utriusque doctissimi, Hebreæ scilicet, atque Græcæ. Quorum interpretatio, ut septuaginta vocetur, iam obtinuit consuetudo.

Vbi Ludouicus Viues annotauit: Mortuus Alexandro Magno, Ptolomæus Aegyptum, Phœnicem & Cyprum occupauit. Hic humili & obscuro loco natus, Lago patre, satellite Alexandri, ad gratiam Regis ob egregiam indolem, fortitudinemque animi, & peritiam rei militaris, ex gregario milite electus, cum in senecta tranquillius viuere statuisset, rerum curam filio mandauit, qui Philadelphus dicebatur: vel ob amorem primū Arsinoës sororis, vel ob odium postremum per antiphrasim. Hic Iudeos, quos pater frequentes in Aegyptum duxerat, liberos esse iussit: grauique tributo Iudeam soluit: quumque in maturiore ætate morbis affligeretur, proculque à bellis, gerendisque rebus esse cogeretur, auctore Demetrio Phalereo, qui patria Athenis vir nobilissimus, maximisque functus magistris, ciuium inuidia pulsus, ad eum confugerat, studijs se tradidit, accitis vndeque ingenij, & construeta illa nobili Alexandrina Bibliotheca, in qua & statuit libros veteris Testamēti. Nam legatos ad Eleazarum misit,

fit, qui pro beneficijs à se in Iudeam gentem largiter collatis, libros Mosaicæ legis, & interpres poscerent, qui eos in Græcam linguam transferrent, quod Eleazarus regi concessit, ut par erat, misitq; ex vna quaque tribu senos viros, & etate & auctoritate & eruditione in primis commendabiles, Hebraicè Græceque pertissimos.

Rursus Augustinus lib. 18 deciuitate Dei cap. 43. Ecclesiæ Christi tot hominum auctoritati ab Eleazaro tunc Pontifice ad hoc tantum opuselectorum neminem iudicant præferendū. Eleazarus verò quam̄ pius, quam̄ doctus, & quam̄ celebris Pontifex Iudeorū fuerit, ipse Aristæas, in præfatione ad Philocratem fratrem testatur.

Quare Dominus Deus scripturā sacrā ante filij sui Christi Iesu nativitatē, per Iudeos in Græcā linguā tandem transferri voluerit. Caput. 3.

Tertullianus apologet. cap. 19. Literæ quidem ait ipsæ Hebreæ sunt, & eloquium, sed ne notitia vacaret, hoc quoque Ptolomæo à Iudeis subscriptum est, septuaginta duobus interpretibus indultis.

Lactantius lib. 4. diuinarum institutiōnum cap. 2. mirum ait fuisse, cur veteres Philosophi amore indagandæ veritatis accessi, ad remotissimas gentes profecti, ad

8 PROLEGOMENA

Judeos non accesserunt, penes quos tunc solos erat, & quo facilius ire potuissent: putatque diuina prouidentia auersos, ne scire possent veritatem, quam fas nondum erat alienigenas cognoscere.

Eusebius lib. 8. Præparat. Euangelicæ cap. 1. Cùm, inquit, saluatoris nostri tempora viderentur proprius aduenire, conducebaturque maximè saluti omnium gentium, quæcunque à Prophetis scripta fuerant intelligere; per linguam Græcam, quam omnes ferè gentes intelligunt, Iudaicam scripturam vniuersis proposuit. Nam post saluatoris nostri tempora aut non habuissimus, Iudæis ex inuidia occultantibus, aut corruptiores nobis dedissent; aut si rectè haberí potuissent, in suspicionem traductores facile vocarentur. Saluator ergò noster, qui vt Deus omnia præuidebat, optimæ dispositione vñus, Ptolomæo Aegyptiorum regi traducendorum librorum curam iniecit.

Clemens Alexandrinus libro primo Stromatum: Dei erat voluntas, quæ id ad Græcorum aures cōsultò comparauerat: Significat quoque versam legem Dei in sermonem Græcum, vt nullam ignorantie excusationem haberent.

Ioannes Chrysostomus homilia 4. in Genesim;

Genesin: Omnes diuini libri veteris testamenti Hebræorum lingua ab initio sunt compositi, & in hoc nobiscum consentiunt omnes, & non ante multos annos aduentus Christi, rex quidam Ptolomæus, in conquirendis libris admodum studiosus, operæ precium putauit, ut & hos libros colligeret, eaque de causa quosdam Iudeorum Hierosolymitanum vocauit, qui eos in Græcā linguam verterent, & perfectum est hoc opus eius. Factum autem est hoc diuinæ dispensationis opus, ut non solum Hebraicæ linguæ periti, sed & omnes qui totū orbem inhabitant, ex eo utilitatem perciperent. Est & rarum miraculum, quod vir qui Iudaica non curabat, hoc fecit, sed idololatriæ deditus, & religioni damnatae multum fauens: hoc enim modo habet se omnia, quæ à Domino nostro dispensantur, ut per aduersarios ferè crescant veritatis præcepta.

Quare septuaginta duos interpretes miserit Eleazarus, & quales illi fuerint.

Caput. 4.

**Q** Via scripturam sacram Ptolomæus rex diuinam esse cognorat, Theopompum quoq; & Theodectem, cæterosq; philosophos & poëtas, homines profanos, qui perperam transferre conati erant, gra-

A 5 uiter

uiter à Deo punitos fuisse percepereat: iccirco, authore Demetrio, ex vnaquaque Iudæorum tribu, petiit viros sex, qui vera cognitione Dei, & pulchris moribus, summaque eruditione prædicti, utrunque, Hebream & Græcam linguam, egregiè callerent, veramque & perfectam interpretationem æderent. Id vero ex præsenti historia fuisse apparebit: & diuus Epiphanius in libro de ponderibus & mensuris his verbis præscripsit. Tunc electis septuaginta duobus interpretibus, miserunt ipsos Hebreorum doctores, iuxta formam quam aliquando fecit Moses, quando ascendit in montem ex domini præcepto, cum audiuisset: Assume tecum septuaginta viros, & ascende in montem. Ipse vero propter pacem, in tribubus seruandam, ne ex aliquibus acciperet quinque viros, ex alijs sex, & seditionem in tribubus excitaret, excogitauit potius, ut septuaginta duos assumeret, & numerum augeret, eodem sanè modo, velut dixi, etiam hos miserunt.

B. Augustinus lib. 18. de ciuitate Dei cap. 42. Missos ait ab Eleazaro Pontifice ad Ptolomæum Regem 72. de singulis tribubus senes homines, utriusque linguis Hebreæ & Græce doctissimos. Vbi Ludouicus Viues: Etsi, inquit, erant duo & septuaginta,

ginta, tamen vulgo dicuntur septuaginta interpretes, ut breuius atque expeditius loquamur: quemadmodum indices illi Romani, qui ad hastam de rebus minoribus iudicabant, centum viri appellantur, cum essent centum & quinque. Addit: illos viros aetate, auctoritate, & eruditione commendabiles extitisse. Vincentius etiam libro sexto speculi cap. 16. scribit. frequenter paruum numerum, cum ad magnum accesserit, reticeri. Quod vero usitatum fuerit apud Iudeos, ut in Legatis vel Nuntiis credandis, ex singulis tribubus aliquos eligeret, Iosuæ cap. 22. videre est.

Qua ratione in interpretando sint  
visi.  
Caput. 5.

**D**IUS Epiphanius eodem illo in libro Obeli rationem redditurus, appositus, inquit, ille est dictio[n]ibus sacræ scripturæ apud septuaginta duos interpretes positis, quæ apud Aquilam & Symmachum non habentur, nam septuaginta duo interpretes has dictiones à seipsis apposuerunt, non frustra, sed potius in utilitatem. Cùm enim ad defectuosas illas dictiones apposuerint, lectionem ad claritatem deduxerunt, ut credamus nos, etiam participes

participes ipsos factos fuisse Spiritus sancti. Quorum enim nullus usus erat, ea repetere omiserunt, ubi vero claudum videbatur verbum esse in Graecam linguam translatum, illic additionem fecerunt. Et quibusdam interiectis: Vbi appositione opus fuit, sermonis gratia apposuerunt, & ubi reiectione, æqualiter reiecerunt. Mirabile est ergo opus Dei, ad hoc ut cognosceretur, quod illi viri donum Spiritus sancti habentes, consenserunt in deserto: & ubi apposita erat dictio vel verbum, id ab omnibus appositum repertum est, ubi vero detraxerant, omnes æqualiter detraxisse comperti sunt: & quæ detraxerant his non est opus, quæ non sustulerunt, erat opus.

Hilarius Pictaviensis in Psalmum 142. Psalmi, inquit, huius superscriptio nulla esse secundum Hebreos videtur: id enim ab his qui in hac lingua periti sunt traditur. Translatores ceterique nihil omnino de rebus gestis, id est, de Absalon in David patris sui insectatione scripsérunt: sed hi septuaginta seniores, quibus legis ac prophetarum scientia ultra prescriptum, & ambiguitatem literæ fuit, addendum huic psalmo iudicaverunt.

Idem in Psal. 143. Huic quoque psalmo addendam hanc superscriptionem septuaginta

ginta putauerunt, Psalmus Dauid in Goliam. Cum nec in Hebraicis literis habeatur, neque translatores alij, quicquam aliud quam simplicem titulum prescripsierunt: id est, Dauid, quod non sine spirituali ratione effectum fuisse psalmi ipsius textu docetur.

Rursus in psalmum 145. Etiam huic psalmo addere aliquid translatoribus vixum est. Nam cum Hebreis solae alleluiae sit preclara confessio, illis placuit Aggeum & Sachariam in titulo anteferre, ut psalmum esse propheticum nosceremus. Addidisse ergo quaedam creduntur, non sententias sed verba, cum pari verborum numero quaedam sententiae apud Hebreos in lingua Graecam transferri non possent, ut unam eandemque sententiam significantius exprimerent. Non pauca etiam omisisse Divus Hieronymus multis in locis affirmat. Non tam incuria vel malitia, quam pio prudentique consilio, & grauissimis de causis. Partim ne Ptolomaeum regem offendarent, si quae nimis magnifica de Iudeis scripta erant, eo tempore conuerterent, ut in caput. 16. Ezechielis probat ex eo: & profecti in regnum: partim ut genti suae parcerent, ut ex capite 17. Hieremias colligit: tum etiam quod apertiores de Christo propheetias, quia diuinitatem eius aperte affirmare

non

non audebant, studiosè præterierint, vt in caput. 2. & cap. 9. Esaiæ scribit. Ac in præfatione in Pentateuchum, & in quæstiones in Genesim: Vbicunque, inquit, sacratum quid scriptura testatur de patre, & filio, & Spiritu sancto, aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt: vt & Regi satisferent, & arcanum fidei non vulgarent, maximè ea quæ Christi aduentum pollicebantur, ne viderentur Iudæi & alterum Deum colere, quos ille Platonis sectator magni idcirco faciebat, quia unum Deum colere dicerentur.

Ad hæc, ne omnia sacra mysteria æthnicis proderent, indignum rati, sanctum dare canibus: quæ & ipsi fortassè ante nativitatem Christi scire non potuerunt. Postremò, quædam etiam non vertisse ait, quod sibi repugnare, & lectores gentiles offensura, videbantur, vt affirmat in illud Ezechielis capite primo: Animalia ibant & reuertebantur. Et si ipse melius ait esse, in diuinis libris transferre quod dictum est, licet non intelligas, quare dictum sit, quam auferre quod nescias: alioqui enim, inquit, & multa alia quæ ineffabilia sunt, & humanus animus capere non potest, hac licentia celebuntur.

Verum hoc Galatinus non tam de Lxx,  
quan-

quam de alijs interpretibus qui humana industria ad transferendum accedunt, intelligere videtur. Libro enim primo de arcanis catholicæ veritatis, et si alios interpretes, quod subdolè vel detraxerint vel addiderint aliquid acriter castigat: tamen LXX, id non veritatis occultandę gratia aut perfidè, sed grauissimis de causis (quæ iam ferè recitatae sunt) authore Spiritu sancto fecisse demonstrat. Quædam igitur addiderunt, quæ in Hebræo nō habebātur, quædam prætermiserunt, reliqua pure fideliterque transtulere. Quorum omnium pulchram rationem reddit D. Augustin⁹, libri decimi octauij de ciuitate Dei cap. 43. Si ergo ut oportet, nihil aliud intueamur in scripturis illis, nisi quid per homines istos dixerit Dei spiritus, quicquid est in Hebræis codicibus, & nō est apud interpretes LXX, noluit hoc per istos, sed per illos prophetas Dei spiritus dicere. Quicquid vero est apud LXX, in Hebræis autē codicibus non est: per istos maluit quā per illos idem spiritus dicere: sic ostendens utrosq; fuisse prophetas. Isto enim modo alia per Esaiā, alia per Hieremiā, alia paliū atq; aliū prophetam, vel aliter eadē per hūc ac per illū dixit ut voluit. Quicquid porr̄ apud utrosque inuenitur, per utrosq; dice re voluit unus atque idem spiritus: sed ita ut illi

illi præcederent prophetando, isti sequerentur propheticè illos interpretando. Quia sicut in illis vera & cōcordantia dicentibus, unus pacis spiritus fuit: sic & in istis non secum conferentibus, & tamen tamquam uno ore cuncta interpretantibus, idem spiritus unus apparuit. Et libri secundi de doctrina Christiana cap. 15. Etiam si aliquid aliter in Hebreis exemplaribus inuenitur, quām isti posuerint, cedendum esse arbitror diuinæ dispensationi, quæ per eos facta est, ut libri, quos gens Iudæa ceteris populis vel religione vel inuidia prodere nolebat, credituris, per dominum gentibus, ministra regis Ptolomæi potestate, tanto antè proderentur. Itaque fieri potest, ut sic illi interpretati sint, quemadmodum congrue re gentibus, ille qui eos regebat, & qui omnibus fecerat, Spiritus sanctus iudicauit.

Rursus lib. 4. cap. 7. Septuaginta inter pretes diuino spiritu interpretati, ob hoc aliter videntur nonnulla dixisse, ut ad spiritalem sensum scrutandum, magis admoneretur lectoris intentio. Vnde & obscuriora nonnulla, quia magis tropica, sunt eorum. Quod cap. 44. lib. 18. de ciuitate Dei apertè demonstrat ex cap. 3. Ionæ prophætæ: ibi eos non vertisse, quadraginta dies pœni-

pœnitentiæ, sed triduum, vt lectorem ad altitudinem prophetiæ perscrutandam excitarent.

Libri autem 2. de Consensu Euangelistarum, capite 66. Spiritui sancto, quo ipsi agitabantur, hoc placuisse scribit: Huius, inquit, distantia causa si queratur, car ta authoritas interpretationis septuaginta, multis in locis distet ab ea veritate, quæ in Hebreis codicibus inuenitur: nihil occur rere probabilius existimo, quam illos, septuaginta eorum spiritu interpretatos, quo & illa quæ interpretabantur dicta fuerant: quod ex ipsa eorum mirabili quæ prædicatur consensione firmatum est. Ergo & ipsi non nulla in eloquio variando, & ab eadem voluntate Dei, cuius illa dicta erant, & cui verba seruire debebant non recedendo, nihil aliud demonstrare voluerunt, quam hoc ipsum quod nunc in Euangelistarum quatuor concordi quadam diuersitate miramur. In questionibus quoque super Genesis, minimè errasse probat, si quid aut prætermiserint, aut aliter interpretati sint, quæ in Hebreo habebatur: quod maiore auth oritate prediti fuerint, quam interpretes, hoc est, propheticō spiritu. Ipse etiam D. Hieronymus in proœmio Paralip. quædam eos addidisse ait, quæ in Hebreo non legantur,

vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus sancti authoritatem.

Vincentius lib 6. Speculi cap. 17. narrat, quod locos scripturæ qui apertius de sancta Trinitate loquebātur, vel præterierint oēs, vel ænigmaticè fuerint interpretati, ne tres Deos colendos tradere viderentur. Eodem que cōfilio vsos ait, ubi de incarnatione verbi scripture differit: ne homines pagani, & veritatis ignarus Rex offenderentur.

Aliquot etiā annos Hebræo & vero calculo addidisse leguntur, ne si scriptura pauciores annos ab orbe restituto numerare videretur, quam Aegyptij apud se regnum fuisse asseuerabant, Hebræos cum sua historia rejcerent. Putantur itaque sapienter annos aliquot inter Ninum & diluvium addidisse: quod hoc nemini noceret, ac scripturæ fidem reuerētiamq; apud Aegyptios conseruaret.

Quantæ authoritatis semper fuerit.

L X X. interpretatio, & quare D. Hieronymus nouam translationem ædiderit. Caput. 6.

Magnæ quidem hæc eorum interpretatione semper in Ecclesia Dei, ut ex orthodoxorum patrū scriptis colligitur, merito authoritatis fuit; primo quidem, quod ea antiquissima esset: deinde quod propter summam

summam eorum 72. virorum concordiam à Spiritu sancto profecta credebatur; postremo quod Apostoli & Euangelistæ eam v- surpassent approbassentque.

Tertullianus enim Apologetici cap. 19.  
Hos, inquit, Menedemus quoq; Philosoph<sup>o</sup>  
prouincie Iudeæ de sententiæ communione  
suspexit.

Iustinus Philosophus & martyr in apologetico suo: Referunt historię septuaginta  
istos viros non solum eadem sententia, ve-  
rumentiam ijsdem esse verbis in translatio-  
ne vsos, ac ne vna quidem dictione alium ab  
alio diffensisse, vsque adeo eadem de ijsdem  
omnia conscripsiferant: admirationeque  
attonitum Aegypti Regem Ptolomæum,  
cum diuina virtute interpretationem abso-  
lutam esse credentem, tum quo quis honore  
dignos illos ut Deiamantes & vicissim Deo  
charos, (θεοφιλῶτ) viros iudicatē, cum mu-  
neribus multis in patriam suā redire iussisse,  
& libros ut par erat exosculatū esse, & Deo  
consecratos in bibliotheca ibi reposuisse.

Clemens. Alexandrinus lib. 1. Stromatum:  
Cum autem unusquisque sigillatim  
ex sua propria interpretatus esset prophe-  
tia, conspirarunt omnes simul collatæ in-  
terpretationes & sententijs & dictionibus,  
Dei enim erat voluntas.

D. Ambrosius in psalmum 118. sermone  
9. tomo. 4. Septuaginta virorum sententias  
magis sequitur Ecclesia.

B. Augustinus lib. 15. de ciuitate Dei cap.  
13. Septuaginta interpretes laudabiliter cele-  
bratos viros potuisse mentiri, difficile est.

Kursus lib. 18. de ciuitate Dei cap. 42.  
Traditur sanè, tam mirabilem, ac stupen-  
dum, planeque diuinum in eorum verbis  
fuisse consensum, ut cum ad hoc opus sepa-  
ratim singuli sederint ( ita enim eorum fi-  
dem Ptolomæo regi placuit explorare ) in  
nullo verbo, quod idem significaret, & tan-  
tundem valeret, vel in verborum ordine  
alter ab altero discreparet : sed tamquam v-  
nus esset interpres, ita quod omnes inter-  
pretati sunt, vnum erat, quoniam reuera  
spiritus erat vnum in omnibus. Ideoque tam  
mirabile Dei munus acceperant, vt illarum  
scripturarum non tamquam humanarum,  
sed, sicut erant, tamquam diuinarum etiam  
isto modo commendaretur authoritas, cre-  
dituris quandoque gentibus profutura,  
quod iam videmus effectum.

Idem cap. 43. Nam cum fuerint & alij in-  
terpretes, qui ex Hebraea lingua in Græcam  
sacra eloquia transtulerunt, sicut Aquila,  
Symmachus, Theodotion, sicut etiam illa  
est interpretatio, cuius author non appareat,

& ob hoc sine nomine interpretis, quinta editio nuncupatur: hanctamen quæ septuaginta est, tamquam sola esset sic recepit Ecclesia, eaque vtuntur Græci populi Christiani, quorum plerique, vtrum alia sit alia quæ ignorant. Ex hac septuaginta interpretatione etiam in Latinam linguā interpretatum est, quod Ecclesiæ Latinæ tenent. Quamuis non defuerit temporibus nostris presbyter Hieronymus homo doctissimus, & omnium trium linguarum peritus, qui non ex Græco, sed ex Hebræo in Latinum eloquium easdem scripturas conuerteret. Sed eius tam literatum laborem quāvis Iudæi fatentur esse veracem, septuaginta verò interpretes in multis errasse contendunt: tamen Ecclesiæ Christi, tot hominum authoritati, ab Eleazaro tunc pontifice ad hoc tantum opus electorum, neminem iudicant præferendum: quia etsi non in ijs unus apparisset spiritus, sine dubitatione diuinus, sed inter se verba interpretationis suæ septuaginta docti, more hominum consultissent, vt quod placuisse omnibus hoc maneret: nullus ijs unus interpres debuit anteponi. Cùm verò tantum in illis signum diuinitatis apparuit, profecto quisquis aliis illarum scripturarum ex Hebræa in quamlibet aliam linguam interpres est verax, aut

congruit illis septuaginta interpretibus, aut si congruere non videtur, altitudo ibi prophetica esse credenda est. Spiritus enim qui in prophetis erat, quando illa dixerunt, idem ipse erat etiam in septuaginta viris, quando illa interpretati sunt.

Idem lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 15. Latinis emendatis exemplaribus Græci adhibeatur, in quibus septuaginta interpretum, quo ad vetus Testamētum attinet, excellit authoritas: qui iam per omnes peritiores Ecclesiæ tanta præsentia Spiritus sancti interpretati esse dicuntur, ut os vnum tot hominum fuerit, qui si, ut fertur, multique non indigni fide prædicant, singuli cellis etiam singulis separati, cum interpretati essent, nihil in alicuius eorum codice inveniunt est, quod non ipsorum verbis, eodemque verborum ordine, inueniretur in cæteris, quis huic authori conferre aliquid, nedum præferre audeat? Si autem contulerunt, ut vna omnium communi tractatu iudicioque vox fieret, nec sic quidem quemquam vnum hominem qualibet peritia ad emendandum tot seniorum doctorumque consensum aspirare oportet aut decet.

Eusebius etiam lib. 5. historię Ecclesiastici cap. 8. Cūm, inquit, oēs corā Ptolomæo Regē venissent in vnum, & singulorū versiones

siones inter se collatæ expenderentur, glori-  
fi atus est Deus, & scripturæ diuinæ sunt ag-  
nitæ, eo quod cuncti eadem, ijsdem dictio-  
nibus, & nominibus ab initio ad finē usque  
expresserāt, ita ut præsentes ex g̃tib⁹ scrip-  
tu⁹ illas ex instinctu Dei esse redditas cog-  
nouerint. Eadē repetit Niceph. lib. 4. ca. 14.

Beatus verò Hieronymus et si aliquando  
variè de LXX. interpretibus loquitur: tamē  
plurimum ipsis tribuit, & Spiritus sancto  
plenos fuisse satetur, qui ante Natiuitatem  
Domini & Saluatoris nostri Christi Iesu,  
sacram scripturam pro ratione temporis &  
personarum, regisque æthnici voluntate,  
rectè satis interpretati sint. Quod verò ipse  
nouam ex Hebræo in Latinum sermonem  
interpretationem instituerit, non ut eorū  
authoritatem labefactaret reijccretque, id  
se consilij cepisse air, sed alijs multis ijsque  
grauissimis de causis permotum scribit.

Primò quidē, quod cū Apostoli & Euā-  
gelistę Iesu Christi pleraq; in nouo testamē-  
to recitarint ex Hebræo, quæ apud Septua-  
ginta non reperirentur, grauiter quosdā of-  
fendere intelligeret: proptereaq; necessariū  
videri, ut suis Latinis ea quæ à Septuaginta  
erant prætermissa, vel obscurè posita, resti-  
tueret, suppleret, atque illustraret. Nam  
prefatione in Pentateuchum in nouo Testa-

mento plurima ab Euangelistis & Apostolis ex veteri Testamento citata inueniri demonstrat, quæ in 70. interpretum translatione non habeantur. Et præfati in Iob: Audiant, inquit, canes mei, siccirco me in hoc volumine laborasse, non ut interpretationem antiquam reprehendērem, sed ut ea quæ in illa aut obscura sunt, aut omissa, aut eertè scriptorum vitio deprauata, manifestiora nostra interpretatione fierent. Vtrage editio & septuaginta iuxta Græcos, & nostra iuxta Hebræos in Latinum meo labore translata est, eligat unusquisque quod vult, & studiosum me magis quam malevolum probet. Rursus in proverbia Salomonis: Si cui septuaginta interpretum editio magis placet, habet eam à nobis olim emendatam, nec enim noua sic cedimus ut vetera destruamus. Et in libro de optimo genere interpretandi: Septuaginta æditio iure obtinuit in Ecclesijs, vel quia prima est, & ante Christi aduentum facta, vel quia ab Apostolis, in quibus tamen ab Hebraico non discrepat usurpata. Propterea etiam ad nouam translationem accessit B. Hieronymus, ut quæ in septuaginta interpretatione, vitio scriptorum, deprauata erant, ex sua emendantur, prefatione in Paralip. ad Chromatium his verbis perscripsit: Si septuaginta

tuaginta interpretum pura, & vt ab ijs in  
Græcum versa est, æditio permaneret, su-  
perfluè me, mi Chromati, episcoporū san-  
ctissime, & doctissime, impelleres, vt He-  
bræa volumina Latino sermone transfer-  
rem: quod enim semel àures hominum oc-  
cupauerat, & nascentis Ecclesiæ roborarat  
fidem, iustum erat etiam nostro silentio  
comprobari: nunc verò cum pro varietate  
regionum varia ferantur exemplaria, &  
germana illa antiquaque translatio corrup-  
ta sit, atque violata, nostri arbitrij putas aut  
è pluribus iudicare quod verum sit, aut no-  
num opus in veteri opere cudere. Et ad  
Domnionem: Ita in Græcis & Latinis co-  
dicibus hic nominum liber vitiosus est, vt  
non tam Hebræa quam barbara quedā &  
Sarmatica nomina coniecta arbitrandum  
sit. Ne hoc L X X. interpretibus, qui Spi-  
ritu sancto pleni, ea quæ vera fuerunt transtu-  
lerant. sed scriptorum culpæ asscribendum,  
dum de inemendatis inemenda scriptitat.  
Quæ prefatione in Pentateuchum, alijsque  
pluribus in locis repetuntur. Quod enim il-  
li per literarum & punctorum mutationem  
transpositionemq; totam aliquando corru-  
perint, plurimis ex locis demonstrat Galati-  
nus, libro primo de Arcanis Theologicæ  
veritatis.

Quod etiam recentiores Iudeorum Rabini Septuaginta interpretationem reprehenderint, ut ipsi tanto liberius sacram scripturam pro sua libidine interpretari possent: proptereaque apertiora de Salvatore nostro testimonia refecuerint, multisque in locis scripturam sacram corrumperint, probat Iustinus philosophus & martyr, in dialogo contra Tryphonem Iudaeum.

Venerabilis quoque Beda in libro, qui de temporum ratione inscribitur, author est, Septuaginta translationem vel parum sollicitè primò editam, vel post corruptam fuisse, per B. verò Hieronymum ex puro Hebraicæ veritatis fonte, (ipsis etiam Iudeis testibus) nos potari.

Beatus Augustinus lib. 15. de ciuitate Dei cap. 13. difficulter fieri potuisse scribit, ut Iudei libros tam multos eosque tam longè lateque dispersos corrumperent: sed illa, inquit, diversitas numerorum aliter se habentium in codicibus Græcis & Latinis, aliter in Hebræis, nec malitiæ Iudeorum, nec diligentia vel prudentia Septuaginta interpretum, sed scriptoris tribuatur error, qui de bibliotheca Ptolomæi Regis Codicem describendum primus accepit.

Similiter

IN ARISTAEAE HISTOR. 27

Similiter Ioannes Ludouicus Viues lib. I. de corruptis artibus refert, indigno casu accidisse, ut libri sacri per 70. Interpretes in Græcam linguam translati, pugione perfoderentur, ut multa verba recte legi nequirent.

Siue igitur Iudæi corruperint, siue scribæ in describendo errauerint; certum est, Septuaginta translationem à Spiritu sancto profectam, cum tempore deprauatam fuisse, & B. Hieronymum utiliter in noua sacræ scripturæ translatione ex Hebræo laborasse.

D. Ambrosius ad caput 5. epistolæ ad Romanos sic loquitur: Sic præscribitur nobis de Græcis codicibus, quasi non ipsi ab iniicem discrepent, quod fecit studium contentionis. Quia enim propria autoritate quis vti non potest ad victoriam, verba legis adulterat, ut sensum suum, quasi verba legis asserat, ut non ratio, sed authoritas præscribere videatur. Constat autem, quosdam Latinos olim de veteribus Græcis translatos codicibus, quos incorruptos simplicitas temporum seruauit, & probat.

Postquam autē à concordia animis dissentiébibus, & hereticis perturbatis torqueri questiones ceperūt, multa immutata sunt ad sensum humanū, ut hoc cōtineretur in literis,

ris, quod homini videretur. Vnde & ipsi Græci diuersos codices habent. Hoc autem verum arbitror, quando & ratio, & historia, & authoritas obseruatur. Nam hodie quæ in Latinis reprehenduntur codicibus, sic inueniuntur à veteribus posita, Tertulliano, Victorino, & Cypriano.

Glossa Cano. vt veterum ; distinct. 9. apud Gratianum, asserit, olim Hebræos & Græcos odio veræ orthodoxæque religio- nis sua exemplaria corrupisse, vt exemplaria Latina multo puriora essent, quam Hebraica vel Græca.

Præterea, vt Diuus Hieronymus nouam ex Hebræo scripturæ translationem ederet, alii etiam grauissimæ rationes impulerunt.

Ne Iudæi amplius Ecclesiæ Christi insultarent, sic in Hebræo non haberi, vt Septuaginta legebant, & Christiani, ex 70. in disputationibus allegabant.

Et ne posthac Christiani Rabinos consulere atque illis credere cogerentur.

Vtque exultantem Græciam (sicut præfatione Ezdræ loquitur) compesceret, quæ superbè objiebat, nihil diuinarum scri- turarum Latinos habere, quod non à Græcis accepissent. Tum etiam ut grauissimum dissidium inter Græcam & Latinam Ec- clesiæ tolleret: quæ etsi eandem Septuagin- ta

ta interpretationem usurabant, non tamen eadem eiusdem translationis exemplaria habebant, sed diuersa potius & repugnantia, vt in prologo Paralipo. scribit. Vel ut eorum studia adiuuaret, qui ex multarum translationum collatione veritatem inuestigantes, immensos sumptus facere cogebantur: et si maximè illos sustinere ac exempla omnia habere poterant, propter Hebraici tamē sermonis imperitiam grauissimos errores incurrebant, vt ex præfatione Ezdræ colligitur. Postremò, vt Latinorum studia, sicut ipse contra Rufinum testis est, in linguis adiuuaret, accenderetque animos Latinorum ad studium linguæ sanctæ: ne deinceps Iudæorum opera indigerent, & ab eorum iudicio dependeret non esset necesse. Qui & Hieronymum ex Hebræo verè transtulisse, Augustino & Beda testibus, affirmant, & eorum ad sententiam ipse Hieronymus præfatione in Pentateuchum appellat: Sicubi in translatione tibi videor errare, interroga Hebræos, diuersarum vrbium magistros consule. Quod verò B. Augustinus parum hunc D. Hieronymi laborem probare visus est, eumque per epistolam hortatur, vt septuaginta translationem tanto omnium Ecclesiærum consensu receptam, & ab ipsis Apostolis approbatam, è

Græco

Græco in Latinum fideliter verteret, vel antiquam potius versionē restitueret: propter hanc maximè causam fecisse creditur, nō quod genus interpretandi, ac fidem accusa-

Etsi B. Hie ret, sed quod metueret, ne ista mutatio synonymus pliiores, qui quòd septuaginta translatio & Augusti corrupta, & certa quadam ratione æthnicis nus in hac re candide data erat, intelligere non poterant, offendit dissenserūt ret, & scisma in Ecclesia nasceretur. Ut in zeit Viue Ecclesia quadā Africana iam accidisse scribit: quod Græci Episcopum quendam Hieronymi auctoritate contra septuaginta nitentem ferè eiecerint.

Dei Augustini.

Ipse enim Hieronymus respondet Augustino: Ego non tam vetera abolere conatus sum, quæ linguae meæ hominibus emanata de Græco in Latinum trāstuli, quām ea testimonia quæ à Iudeis pretermissa sunt, vel corrupta proferre in mediū: vt scirēt nostri quid Hebraica veritas cōtineret: si cui lege re non placet, nemo cōpellit inuitum, bibat vinum vetuscum suavitate, & nostra musta contemnat, quæ in explanationem priorum edita sunt, vt sicubi illa nō intelliguntur, ex nostris manifestiora fiant. Putatq; vehemē-  
Prefat. Ez. drē & Iob. ter indignum esse, quod cum Græci præter hanc septuaginta æditionem aliorū quoq; Aquilæ, Symmachī &c. versiones recipi-  
rent: sui Latini nō eadē humanitate ho-  
minis

minis Christiani versionem, quæ, authorib.  
bus ipsis Iudæis, cum Hebraica veritate cō-  
ueniret, vel interpretationis aliorum loco,  
non amplectentur. Diuus ergo Hierony-  
mus & veterem illam interpretationem è  
septuaginta Græca in Latinam ante multos  
annos incerto authore editam, cum tempo-  
rum iniuria corrupta esset, ad Græcam ve-  
ritatem restituit: & nouam ex Hebraica ve-  
ritate, grauissimis de causis, ut supradictum  
est, conscripsit, ac vtramq; Ecclesia Catho-  
lica, authore Spiritu sancto, approbauit.  
Diuus enim Gregorius Magnus, Nouam, Præfat.  
inquit, translationem dissero, sed cum pro-  
bationis causa me exigit, nunc veterem, nūc  
nouam pro testimonio assumo, vt quia se-  
des apostolica, cui authore Deo præsideo,  
vtraque vtitur, mei quoque labor studij ex  
vtraque fulciatur. Cùm superioribus annis  
de scriptura & lege Dei variæ recetesq; opi-  
niones exortæ fuissent, pro earum colore &  
patrocinio, singularū professores peculiarē  
ferè scripture sacrę interpretationem, trans-  
lationemque ediderunt, quam earū sectato-  
res contra omnes alias veteres atq; recentes  
interpretationes mordicus tuentur: & ne  
quis alijs vtatur prohibét. Sicut Ducé Saxo-  
nię publico edicto precepisse scribit Iacobus  
Noguera li. 2. de Ecclesia, ne per Saxoniā alię  
Moral.

sacræ scripturæ interpretationes recipere-  
tur, quām Martini Lutheri.

Sacrum verò Concilium Tridentinum  
Sess. 4. talem constitutionem adidit: Sacro-  
sancta synodus cōsiderans, non parum uti-  
litatis accedere posse ecclesiæ Dei, si ex om-  
nibus Latinis æditionibus, quæ circumfe-  
runtur sacrorū librorum quænam pro au-  
thentica habenda sit, innotescat: statuit &  
declarat, vt hæc ipsa vetus & vulgata ædi-  
tio, quæ longo tot seculorum usu in Eccle-  
sia probata est, in publicis lectionibus, di-  
sputationibus, prædicationibus, & exposi-  
tionibus, pro authentica habeatur, & ne-  
mo illam reiçere quoquis prætextu audeat  
vel præsumat.

Si quid in ea per iniuriam temporis &  
scriptorum incuriam perfidiamque de-  
prauatum erat, hoc iussu Leonis 10. Ponti-  
fici Maximi per doctissimos viros ex pro-  
batissimis libris restitutum est. Et hanc La-  
tinam æditionem cum Hebræa Græcaque  
veritate à studiosis viris pio zelo conferri  
posse existimo, iuxta canonem ut veterum  
librorum fides, distinctione 9. apud Gra-  
tianum.

Quare olim Ecclesia septuaginta trās-  
lationem præ cæteris tanta autho-  
ritate usurpare voluerit. Cap. 7.  
Quam-

**Q**Vanquam & alij quidam vtriusque literaturæ peritissimi viri sacram scripturam ex Hebraico sermone in Græcum transtulerant: tamen Ecclesia Christi eam interpretationem quæ septuaginta est, gravissimis de causis, vt supra etiam ex beato Augustino probatum est, olim usurpabat; quippe quæ ex Spiritus sancto profecta credebatur.

D. enim Epiphanius: Sis tu ipse, inquit, ô studiose iudex huius causæ, apud quos potius veritas reperiatur, apud hos tres, AQui-  
lam, Symmachum, & Theodotionem, qui non simul fuerunt, sed quisque seorsum, & in tempore ac loco inter se disparati, & non multi, sed tres solum, & non potuerunt inter se consentire: an apud septuaginta duos, qui primi sub vnum tempus fuerunt, & interpretati sunt, & in triginta sex partes iuxta præceptum regium diuisi fuerunt, & sine mutua inter se collatione, ex Spiritus sancto sub vnum consensum totam interpretationem ediderunt, velut omnes simul in uno loco cōsedissent, & per mutuam collationem interpretati essent. Manifestum profecto est, quod in septuaginta duobus veritas reperiatur, qui non interpretes solum fuerunt, sed etiam ex parte prophetæ.

Beatus etiam Augustinus questione 169.

C super

Libro de  
ponderi-  
bus & me-  
suris,

super Genesin: Maiore quidem, inquit, auctoritate prædicti, quam interpretum officium est: prophetico spiritu, quo etiam oratione in suis interpretationibus, quod magnum miraculum fuit, consonuisse firmanatur, eorumque authoritas tanto diuinitus facto miraculo commendatur, tantaque in Ecclesijs vetustate firmatur.

D. Chrysostomus homilia 5. in Matthæum: Ad faciendam verę translationis fidem, omnibus alijs iure Septuaginta interpretes sunt digniores: siquidem alij post aduentum domini interpretati sunt, quippe qui Iudei permanentes, inimicè & subdolè multa corruerunt, & data prorsus opera à prophetis mysteria prædicta celauerunt: Septuaginta vero ante centum & aliquanto amplius Dominici Aduentus annos, ad interpretandum tot, ac pariter accedentes ab omni suspitione huiusmodi vindicatur, tum ob ipsum temporis interuum, & illorum numerum, tum ex ipso, quod super omnia debet valere, consensu.

Hilarius quoque in Psalmum. 118. Nos, inquit, sicut oportet, sequimur Septuaginta interpretum religiosam & antiquā auctoritatem: ex iudicio tamen cæterorum translatorum, proprietatem intelligentiæ huius, quæ est difficilis, captantes. Et in Psalmum secundum:

secundum: perfecta septuaginta interpretatio  
authoritas manet: primum quod ante Ad-  
uentum Domini corporalem trastulerunt,  
nec adulatio interpretandi adhibita tempo-  
ri arguitur, tanto anteriores interpretatio-  
nis etate: deinde quod ipsi illi principes, do-  
ctoresque synagogæ, & praeter scientiam le-  
gis per Mosen quoque secretiori doctrina  
perfecti, innotuerunt, non improbables esse  
arbitri interpretandi, qui certissimi & gra-  
uissimi erant authores docendi. Hi ergo  
Psalmos inter ceteros libros transferentes,  
& in numerum redegerunt, & in ordinem  
collocarunt, & diapsalmis distinxerunt, qui  
omnes secundum Hebreos confusi habe-  
bantur, & habentur. Diuus quoq; Hierony-  
mus etsi variè de veterum translationibus  
differit, tamen septuaginta interpretatione  
alijs lögè prefert: Aquilæ nimirū, Symma-  
chi, & Theodotiois: quos præfatione in Iob  
Iudaizates hereticos vocat, quippè qui nato  
iām saluatore, & coruscâte Euāgelio multa  
mysteria saluatoris subdola interpretatiōe ce-  
larint. Quod verò mirū videri nō debeat, si  
cellulis separati, tātoperē cōcordē scripturæ  
diuinæ interpretatione edidisse dicātur: pul-  
chrè disputat Clemēs Alexādrinus li. i. Stro-  
matū: Neq; verò, inquit, ab inspiratiōe Dei  
erat alienū, qui prophetiā dederat, vt interp-

tationē quoq; tanquā Græcā efficeret prophetiam: nam in captiuitate Regis Nabuchodonosor , cum interiſſent scripturæ, tempore Antaxerxis Persarum Regis inspiratus Ezdras leuites, qui factus fuerat sacerdos, prophetauit, omnes veteres rursus scripturas renouans. Quæ iſdem ferè verbis ex magno illo Ireneo referuntur ab Eusebio lib.5.historiæ Ecclesiasticæ cap.8.& Nicēphoro Calixto lib.4.cap.14.

Hilarius verò in psalmum 2. aliam rationem addit, eamque pulcherrimam, & in primis hoc tempore obſeruandam his, qui temerè, homines priuati ad scripturæ interpretationem profiliunt : Erat iam ante à Moſe institutum, in omni synagogā septuaginta esse doctores. Nā idem Moſes quamvis veteris Testamenti verba in literis condidisset, tamen separatim quædam ex occultis legis secretiora mysteria septuaginta senioribus , qui doctores deinceps manerent, intimauerat. Cuius quidem doctrinæ Dominus etiam in Euangelijs meminit, dicens: Super cathedrā Moſi federunt scribæ & Pharisei, omnia ergo quæcumque dixerint vobis, seruate & facite, secundum facta eorum nolite facere. Doctrina ergo horum mansit in posterum, quæ ab ipso scriptore legis accepta in hoc seniorum & numero & seruitio

seruitio conseruata est. Hi itaque seniores libros hos transferentes, & spiritualem, secundum Motis traditionem, occultarum cognitionum scientiam adepti, ambiguè lingua Hebraica dicta, & varia quædam ex se nunciantia, secundum virtutes rerum, certis & proprijs verborum significationibus transtulernnt, doctrinæ scientia multitudam illam sermonum intelligentiam temperantes. Ex eo fit, ut qui postea transstulerunt, diuersis modis interpretantes magnum gentibus attulerint errorem, dum occultæ illius, à Mose profectæ, traditionis ignari, ea quæ ambiguè lingua Hebræa cōmemorata sunt, incertis ipsi indicijs ædiderunt. Quo etiam alludere videtur Eusebius lib. 12. de præparatione Euangelica capite.

16. Apud Iudæos priscis temporibus diuinarum cantuum iudicium non multitudini tradebatur: sed erant aliqui, quamuis paucissimi, diuino spiritu hæc iudicantes, quibus solummodo licebat prophetarum libros consecrare, ut ita dicam, ac comprobare: ea vero quæ aliena à Spiritu sancto viderentur, improbare ac reijcere.

Moseus quoque Aegyptius libro 2. Directoris dubitantum, qui legum Iudaicarum & Euangelij sacri peritus fuisse creditur, author est, quod etsi grauissimis pœnis

prohibitum fuerat, illa secreta mysteria patet facere, magistris speculatiois cognita, iuxta illud: Non dabunt arcana legis nisi consiliario sapienti: tamen scientiae inquit illae profundæ, quæ fuerunt in gente nostra, in cognitione veritatis istarum rationum fuerunt deperditæ in longitudine dierum, & in dominatione gentis insipientis super nos: quia non erat licitum cuilibet homini scire illa verba, & liber Talmud non erat scriptus in illis diebus. Ergo magna illæ principalitates perierunt de gente nostra.

Vt vehementer mirum sit, quod hodie multi in re tam periculosa adeo pueriliter iocari, nedicam insanire, ausint. Nam vt Menedemus, ceterique optimi & sapientissimi viri propterea septuaginta interpretationem ceteris praetulerunt, quia illi septuaginta duo cum essent, & loco inuicem separati, vnam tamen eademque interpretationem ediderunt, reliqui vero tam pauci, adeo discrepantem diuersamque reliquerant: sic Ecclesiæ Catholicæ & SS. patrum de controv ersis hoc tempore scripturæ locis, vna eademq; sententia, aliorum opinionibus preferenda est. Hi enim cum animi moribus laborent, nec sibi ipsis satis constant, sed modo aiunt, modo negant, pro sui genij im-  
pudentia, aut corū, vnde lucellū qualecunq;  
Sperant,

sperat, voluntate: nec inter se, etiam post multas & diuturnas collationes, siue uti nunc vocantur, colloquia, conuenire possunt, sed multo acrius pro opinione contra opinionem contrariam, quam contra ipsam Catholicam veritatem, digladiantur, sicut ex ipsis rum inuestigiis aperte colligitur.

### De loco vbi interpretati sunt. Cap. 8.

**D**E loco quo hanc interpretationem suam perfecerunt, non satis inter scriptores conuenit: sunt enim inter orthodoxos patres multi, ijq; praestantissimi & doctissimi viri, qui singulis peculiarem domunculam extructam fuisse, ex certis argumentis colligant.

Iustinus philosophus & martyr: Illi, in <sup>In apolo-</sup>quit, extra omnem turbam constituti, ut primo <sup>getico con-</sup>quoq; tempore interpretationem absolveret, non <sup>tra gētile</sup> in urbe ipsa, sed septem ab ea stadijs, vbi pharos extructa est, pari cum interpretibus numero domunculas Ptolomeum exerui precepisse, historiae probant, ut singillatim pro se quisq; interpretationem perficeret. Illa quoq; cura qui operam ijs dare iussi fuerant, manda-  
ta, ut omnibus quidem modis ipsis in seruit, a cōgressu autem ipsis mutuo prohiberet, quo exquisita interpretationis veritas ex ipso etiam consensu cognosci posset. Haec vobis viri Graeci non ut fabulam, neque ut cō-

sicutam historiam renunciamus, sed qui ipsi  
Alexandriæ fuerimus, & vestigia domuncu-  
larum apud Pharum adhuc reliqua videri-  
mus, & ab incolis, qui res patrias à maiori-  
bus per manus sibi traditas acceperunt, au-  
dierimus, commemoramus; quæ & ex alijs  
quoque aliqua ex parte intelligere potestis,  
& potissimum ex ijs, quæ ipsi scriptis suis  
inseruerunt, sapientibus & spectatis viris,  
Philone, & Iosepho, & pluribus alijs, &c.

Hæc ergò Iustinus & vidisse se, & in  
Aegyptiorum annalibus ( quos certissimos  
esse dicit Aristæas noster ) contineri, atque  
ab alijs grauissimis scriptoribus referri af-  
firmat.

Eadem Augustinus cap. 42. lib. 18. de ci-  
uitate Dei, & libro 2. cap. 15. de doctrina  
Christianæ probare videtur, vt supra est re-  
citatum, cap. 6. Et Clemens Alexandrinus  
lib. 1. Stromatum ait, eos sigillatim ex pro-  
pria quemque prophetia vertisse.

Irenæus quoque Lugdunensis & Euse-  
bius lib. 5. cap. 8. Nicephorus lib. 4. histo-  
riæ Ecclesiasticæ cap. 14. authores sunt,  
Ptolomæum Regem, ne si coniungerentur,  
veritatem sacræ scripturæ forte celarent,  
eos separasse, vt eandem singuli interpre-  
tationem scriberent, & seiuecti, vt Nicepho-  
rus legit, eundem librum omnes verterent.  
Ec

Et D. Hieronymus ipse, suo tempore  
hanc opinionem de LXX. cellulis vulgo  
receptam fuisse fatetur, in prologo Parali-  
pomenon.

Nauclerus etiam : Demetrius, inquit,  
duxit eos in domunculas secretas, vbi per  
septuaginta duos dies omnem legem dili-  
gentissime translulerunt.

Et Galatinus libro primo de arcanis Ca-  
tholicæ veritatis : Septuaginta duo inter-  
pretes non solum Hebraica, Chaldaica,  
Græcaque lingua, & omni disciplinarum  
genere, verum Spiritus sancto quoque inter-  
cateros claruerunt. Nam cum, anno ante  
Christi Natiuitatem circiter 250. rogatu  
Ptolomæi Philadelphi Alexandriam ab  
Eleazaro pontifice tota biblia in Græcum  
eloquium traducturi missi fuissent: volens  
Ptolomæus ipse de æditionis eorum puri-  
tate periculum facere, eos (ut non Talmu-  
distæ modo, ac Philo Hebræorum disertis-  
simus, sed Augustinus quoque, & alij qui-  
dam ex nostris testantur) per duas & sep-  
tuaginta segregavit cellulas: ipsi tamen  
ideo in scribendo concordes fuerunt, vt  
nec in verbo quidem discreparint, sed una  
scribendi serie, uno verborum literarum  
que contextu, eodemque temporis momen-  
to, vniuersum diuinum lumē illud, in Græ-

cum sermonem commutarent: quod utique non humanæ sed diuinæ ascriberendum est virtuti. Et Volaterranus lib. decimo nono Anthropolog. Septuaginta duo interpres, ut Augustinus & Eusebius testātur, totidem cellis separati, eosdem libros codē modo vertentes, non interpretum, sed prophetarum afflati spiritu vili sunt.

Ioannes Sextus libro 4. bibliothecæ sancte scribit, in Pharos insula separatis cellulis transtulisse: quodque propterea multi Iudæi omnibus annis in Pharos insulam honoris gratia, fuerint profecti, Deo gratias acturi, quod ibi primò edita esset diuinæ legis translatio.

Diuus verò Epiphanius 36. domunculas fuisse ait, ubi bini & bini singulos libros interpretarentur, sic enim in libro de ponderibus & mensuris loquitur: Admirari quidem hoc licet, cum pius homo intelligit ex Dei consilio sic factum esse: nam cum septuaginta duo numero essent, & in Pharia insula, superna terra appellata, è regione Alexandriæ in triginta & sex domunculis à matutino usque ad vesperam conclusi, & vesperi in triginta sex nauiculis in Ptolomæi Philadelphi palatium transcuntes, & cum ipso cibum capientes, & paracpar in cubiculis triginta sex dormientes, ut

ne quid inter se conferrent, sed incorrupte  
interpretarentur, sic vitam degebant.

Prædictas enim triginta sex domunculas nominatus Ptolomeus construxit in vltiore parte in insula, ipsasq; duplices fecit, & duos ac duos, veluti dixi, inclusit, & pueros duos ministros simul cū ipsis inclusit, opsonij parandi ac ministradi causa, vna cū velociter scribendi peritis. Neque fenestras domunculis illis ex parietibus fecit, sed superne ex domibus lucē introduxit. Illi verò sic degentes à matutino usque ad vesperam claustris cōclusi hoc modo interpretati sunt, singulis autem paribus unus liber tradebatur: ut liber creationis mudi binis, exitus filiorum Israel alijs binis, Leuiticus alijs binis, & sic deinceps alius liberalijs. Atq; sic viginti septē libri electi receptiq; ac genuini, verum viginti duo iuxta alphabeti apud Hebræos ordinem numerati, conuersi sunt.

Diuis autem Hieronymus, suæ intrepretationi contra nimis pertinaces septuaginta translationis, (certa ratione gentibus traditæ, & tūc corruptæ) defensores, authoritatē conciliaturus, hæc omnia quoq; de separatis domunculis ab alijs patribus referuntur, ridere videtur. Praefatione enim in Pentateuchū: Nescio, inqt, quis prim⁹ author septuaginta cellulas Alexādrię mēdacio suo extruxerit,

xerit, quibus diuisi eadem scriptarint: cum  
**Aristæas** eiusdem Ptolomæi Hiperaspites,  
& non multo post tempore Iosephus, nihil  
tale retulerint: sed in vna basilica congre-  
gatos contulisse scribant, non prophetasse.  
Aliud est enim esse vatem, aliud interpre-  
tem. Quæ in apologia contra Rufinum ijs-  
dem verbis repetuntur. Etsi verò Aristæas  
& Iosephus expressam harum cellarum  
mentionem non faciunt, tamen magnifi-  
cam aptissimamque domum fuisse affir-  
mant, in qua diuersas ædicularas, siue cubicu-  
la esse quid prohibet?

Beatus enim Augustinus cum lib. 15. de  
ciuitate Dei capite 1;. Septuaginta interpre-  
tes à Ptolomæo Rege in uno loco positos  
fuisse retulisset: libri 18. cap. 42. separatim  
singulos sedisse narrat, ut eorum fidem Rex  
melius explorare posset.

Et Vincentius lib. 6. Speculi cap. 17. ait:  
Ducti sunt in domum Regis secus mare se-  
cretam, quæ ad deliberationem negotiorū  
erat, & datæ sunt ijs cellæ singulæ. Et quam-  
quam non vates illos fuisse, sed interpretes  
Hieronymus ait, non inficiatur tamen, Spi-  
ritus sancto illustrante transtulisse. Differunt  
quidem spiritus prophetæ, & spiritus in-  
terpretandi: si spiritum prophetæ eos ha-  
buisse forsitan negauit, non negauit tamen  
spiritu-

Spiritus sancto authore, quæ à prophetis scripta erant, ex una lingua in aliam convertendi gratiam habuisse. Præterea, et si alij ferè patres eos inter se contulisse pernegerant: tamen D. Hieronymus id affirmare videtur, cum tamen Aristæas & Iosephus, quorum ipse autoritate nititur, non aperte inter transferendum contulisse scribant, sed singula inter se differendo, id est, iuxta secretiora illa mysteria secum expendendo, veritatemque inquirendo consonum quidam ædidisse: & quod tum demum perfecta, regique oblata, ac publicè coram omnibus Iudeis & Aegyptijs, qui tum fortè aderant, lecta translatione, antequam perpetuo ædicto confirmaretur, ex regis mandato diligenter inuicem contulerint, ne vel superfluum & redundans, vel minus quam ad veram sententiam perspiciendam necessarium videretur, vel etiam perturbatum quid eorum translatio fortè contineret: & hoc super recitatis sanctorum patrum testimonijis minimè repugnat.

Vincentius autem lib. 6. Speculi cap. 17. putat, Hieronymum hoc velle, quod quæ sex quidem diebus seorsim transtulerant, ea sabbato contulerint: ex omnibus facientes unam interpretationem. Sed quorsum tunc illa collatio, & singularum translatio-

ni & bini fuerunt in clusi, ut E-  
piphanius refert, cō- ferre inui- cem potue runt.

num tam diligens examen , quam Iosephus  
& Aristæas eos instituisse scribunt , cum iam  
Regi traditæ erant , si ante semel cōtulissent?

Ludouicus ergo Viues ad cap. 43. libri 18.  
Augustini de ciuitate Dei , de Hieronymo  
loquens: in sanctissimis quoque viris huma-  
nos aliquando affectus dominari affir-  
mat . Et Hieronymum atque Augusti-  
num in re tanta candide dissensisse pro-  
fitetur . Etsi in translatione scripturarum  
plus B. Hieronymo quam Augustino tri-  
buitur: glossa ca. Vt veterum , distinet . 9.

**Quos nam sacræ scripture libros Sep-  
tuaginta transtulerint.** Cap. 9.

**E**T si tota Iudeorum schola , vt author  
est Hieronymus , defendit , quod non  
nisi Pentateuchum , sive quinque libros  
Mosis LXX. interpretes transtulerint: &  
Diuus Hieronymus in cap. 5. & 16. Eze-  
chielis , & in caput. 2. Micheæ , & in proœ-  
traditionum in Genesin id probare vide-  
tur: tamen orthodoxi patres vniuersum  
eos sacræ scripture corpus conuertisse , vna  
ferè sententia constanter affirmant: & ipse

**Ioannes** Hieronymus non negat , quamuis ex alio-  
**Sixtus lib.** rum sententia loquens (vt doctissimis vi-  
**4. bibli-  
thecæ san-  
ctorum.** ris placet) alicubi dissentire visus est.  
Eusebius lib. 13. cap. 7. præparationis

Euan.

Euangelicæ ex Aristobolo scribit: Tota scriptura nostra, Demetrij Phalerei opera, & Philadelphi Regis iussu, aptissime translata est. Epiphanius de ponderibus & mensuris idem testatur, eosque omnes libros nominatim recensuit.

Galatinus verò libro primo de Arcanis Catholicæ veritatis, non modò omnes libros sacros transtulisse scribit, sed alia etiam quædam ex Spiritu sancto, pro sua peculiari sapientia, conscripsisse, quæ ad sacrorum librorū veram interpretationē, Christique saluatoris nostri aduentū pertinerent.

Vincentius autem libro sexto Speculū cap. 17. refert, quod cum 72. diebus diuinum hoc opus perfecerint, inde aliqui opinentur, tam breui tempore non nisi Pentateuchum Mosis transferre potuisse: reliquos verò libros vel eisdem viros paulò post, vel aliquos ex ipsis, aliquando ad Regem reuersos, traduxisse. Ipsi autem Vincentio apparet, nihil mirum vide ri, si tam cito omnes libros interpretationē credantur, qui ex Spiritu sancto, & diuino numine afflati, interpretationem suam peregerunt.

Porro, Clemens Alexandrinus libro primo Stromatum: Ante Demetrium, inquit, priusquam rerum potirentur Alexander

& Persæ, versa fuerant, & quæ ab Hebræis nostris gesta erant in exitu ex Aegypto, & quæcunque ijs insignia & facta erant & apparuerant, & regionis per vim quæsita possessio, & omnium quæ latæ sunt legum descriptio: adeo ut clarum sit, Platonem multa ex ijs sumpsisse.

Similiter Eusebius lib. 9. præparationis Euangelicæ cap. 3. Legem nostram in multis Plato secutus est. Mosaica enim volumina ante Alexandrum, & ante Persarum Imperium traducta fuerant: vnde plurima, sicut & Pythagoras, philosophus ille accepit. Numenius autem Pythagoreus aperte scribit: Nihil aliud esse Platonem, quam Mosen Attica lingua loquentem. Et lib. 13. cap. 7. Scimus etiam omnes, ante Demetrij Phalerij tempora, imo verò ante Alexandrum, & Persarum Imperium, quinque libros Mosis in Græcam linguam, quamuis non commodè traductos fuisse.

Non solum ergò LXX. Pentateuchum, rectius quam ante fuerat, transtulerunt, sed reliquos etiam libros sacros ex Spiritu sancto in Græcam linguam traduxerunt.

Qualiter hi libri sacri post captiuitatem Babyloniam, ab Ezdra restituti fuerint, libro I. Academiarum in Hierosolomitana & Alexandrina bibliotheca declarauit.

PRAE-

# PRAEFATIO' ARI-

STAE AE AD PHILO-

cratem fratrem, qua instituti  
sui rationem reddit.

49

## ARISTÆ AS PHILOCRATI.

V M, ô Philocrates, nostra ad E-  
leazarum summum Iudæorum sa-  
cerdotem profectio, & quæ apud  
ipsum agenda erant, memoratu sint digna:  
tuque magni hoc feceris, quia cōtigisset me  
præsentem singillatim quæque cognoscere:  
ego dedi operam, vt de quibus, & ob quam  
causam missi fuistemus, planè exponerem  
tibi, qui semper sano animi tui iudicio &  
proposito addiscere & assumere aliquid  
studes, vel ex historijs, vel ex negocijs & re-  
bus ipsis vitæ. Ita enim informatur ani-  
muis ad purum habitum, cum colligit opti-  
ma, & in pietatem, rem omnium præstantis-  
simam intentus, ea vt regula minimè fallaci-  
vitetur in consilijs & actionibus suis guber-  
nandis.

Exordiū  
benevolē-  
tie atten-  
tionis dock  
litatisque  
locum si-  
mul com-  
pletūr.

Cum ergo essem animo prono ad res di-  
uinatas accuratius cognoscendas, obtuli me le-  
gatum ad virum modò nominatum, virtu-  
te & fama præalijs celebrem, & apud suos  
cives & apud alios homines: quique apud se

D haberes

haberet rem valde utilem suis & aliarū ter-  
rarum ciuibus, quæ faceret ad interpretatio-  
nem legis diuinæ: propterea quod illa He-  
braicis literis perscripta in membranis, apud  
ipsos Iudeos extaret. Atque hanc quidem le-  
gationem studiosè obiuimus, ita ut inde ac-  
ciperemus occasionē agendi cum rege de il-  
lis, qui ex Iudea in Aegyptum traducti erāt  
à patre regis, qui primū & ciuitate illorū  
potitus est, & Aegyptū occupauit. Sunt qui-  
dem & hęc digna, quę tibi exponā, licet per-  
suasum habeā, te magis inuitare nos ad gra-  
uitatem & mores exponendos illorū homi-  
num, qui secundum sanctas degunt leges: id  
quod est præcipuè instituti nostri, ita tibi  
exponere, ut rem totam cognoscas: quoniam  
nuper ex insula ad nos venisti eo animo &  
studio, ut cognosceres omnia quæ extarent  
utilia ad animi informationem. Mis̄i autem  
& antè ad te illorum, quæ putarem digna  
scitu, commentarios, quos consecuti sumus  
in eloquentissima Aegypto, ab eloquentiſ-  
simis & præstantissimis de genere Iudeo-  
rum sacerdotibus. Cum enim tu magnō  
tenearis studio eorum, quæ menti prodeſ-  
se possint, & rectum sit talia quidem ma-  
xime communicare cum omnibus simi-  
liter affectis: multo tamen magis tecum  
sunt communicanda, qui præditus es ge-  
nuina,

nuina , & eadem mecum animi senten- *Quare*  
 tia & voluntate, non solum ex eo quia ve *hæc potiss*  
*rè meus moribus es frater*, ex sanguine *simum ad*  
 & communi institutione , sed etiam quia Philocra-  
 similiter mecum res honestas magno stu- *tem scrip-*  
*dio & toto impetu animi prosequeris. serit.*  
 Neque enim animi splendor aut decus vilius illarum rerum, quæ magnifiunt ab illis  
 qui vana gloria ducuntur, tantum afferunt  
 utilitatis , quantum doctrinæ & eruditio-  
 nis cultura, & quæ in hæc confertur cura  
 & opera. Sed ne protrahendo præfatio-  
 nem , incidamus in vicium alicuius gar-  
 rulitatis , accedere volumus ad persequen-  
 dam commemorationem suscep tam.

Demetrius ille Phalereus , cum esset *Narratio*  
 præfectus regiæ Bibliothecæ, diligent studi-  
 o multa & varia impendit, ad colligen-  
 dos, si quo modo fieri posset, omnes in mu-  
 do libros, nā & emptionibus & descriptio-  
 nibus librorum à se procuratis studuit, *Vide Iosephum lib.*  
 quantum in se esset, regis perficere volunta- *12. cap. 2.*  
*tem. Ex quo præsentibus nobis interroga-*  
*tus, quot iam myriades librorum adessent, Epiphanius lib.*  
*respondit: a Assunt, rex, ultra viginti: sed nūm de-*  
*breui efficiam, ut reliquis adimpleatur myriades*  
*quinquaginta. nam narratur mihi, bus et mē-*

D 2

Iudæorum furis.

<sup>a</sup> *Epiphanius tradit, illum respondisse quod quinquaginta*  
*quaator millia & octingentos congregasset.*

Iudæorum etiam leges dignas esse quæ de-  
**b** Eusebi- scribantur, & in tuam Bibliothecam sepo-  
us lib. 8. nantur. **b** Tum rex: Quid ergo est, inquit,  
 preparat. quod te prohibet facere hoc? nam tibi om-  
**Evangeli-** nia quæ ad huius rei procurationem faci-  
**cæ cap. 1.** unt sunt commissa. Ad hæc Demetrius re-  
 addit: **q** spondit: Indigent interpretatione leges ille.  
**negligen-** Nam Iudæi in sua regione, perinde ut Ae-  
 tiām **D**e- gyptij literarū dispositioē, ita illi characte-  
 metri ac- ribus proprijs vtuntur iuxta pronunciatio-  
 cusarit nem, quam propriam habent. **c** Putatur à  
**Rex: cum** nonnullis illa esse Syriaca, quod non ita est:  
**& pecu-** verū est eius alia ratio & forma. Rex his  
**nia abun-** acceptis, dixit se scripturum ad summum  
 daret, **&** Iudæorum sacerdotem, vt quæ exposita es-  
**Indæa vi-** sent, perficerentur.  
**cina regio** Hic ego sum ratus adesse tempus agendi  
**effet.** illa, de quibus saepè antè Sosibium Tarenti-  
**c Vide** num & Andream, primores regis custodes,  
**Hierony-** allocutus fueram, vt liberarentur illi, qui à  
**mum pro-** patre regis traducti ex Iudæa fuerant. Nam  
**logo Regū** ille bello adortus partes cauæ Syriæ & Phœ-  
**et Danie-** niciæ, cum & viribus præstaret, & ubique  
**lis.** fortunam haberet fauentem, alijs in colo-  
 nias traducebat, alios captos abducebat: pas-  
 simque terrore injecto ita subiugarat om-  
 nia, vt ad decem myriades ex Iudæa in Ae-  
 gyptum traduceret: ex quibus circiter tres  
 myriades electos, & armis instructos viros  
 assumpsit

assumpsit in regionem, ut in præsidijs ipfius *De his*  
degerent . Sed antè quoque satis multi *Augusti-*  
*peruenerant in regionem cum rege Persa-* *nus lib. 18.*  
*rum, & ante hos alij vt auxiliarij missi erant de ciuita-*  
*ad Psametychum, quο cum pugnarent ad te Dei*  
*uersus regem Aethiopum: verū illi non cap. 42.*  
*tot multitudine erant, quot secum adduxe. Et ibi Vi-*  
*rat Ptolomæus ille Lagi filius.* *nes.*

Quemadmodum autem prius diximus,  
electos præstatiſſimos, qui & etate & robore  
præstarent, armis instruxit: reliquam verò  
turbam seniorum & iuniorum, ac mulie-  
rum etiam, concessit militibus in seruitu-  
tem, non tam sponte & consilio suo, quām  
exoratus ab illis, ad vſus & necessaria in bel-  
li rebus ministeria. Nos ergò postquam  
nacti essemus quandam ansam ad liberan-  
dos eos, talibus vſi sumus verbis ad regem.

Vide ne sit deformē, te (Rex) redargui ex *Pulchra*  
rebus ipsis . Nam cum ad omnes Iudeos *Aristæ* ,  
pertineant leges illæ, quas cupimus non fo- *ad Regem*  
lūm describere, sed & interpretari : quam *oratio, pro-*  
*rationem habebimus mittendi ad illos, le- liberatio-*  
*gatos, dum tam multi Iudeorum seruituti re *Iudeo-**  
*obnoxij sunt in regno tuo? Quin age, animi *rum.**  
voluntate perfecta & diuite libera eos, qui  
in ærumnis detinentur : præsertim cum  
idem Deus, qui ipsis legem dedit : te tuum-  
que regnum fœliciter gubernet, quemad-

D 3 modum

*Josephus* modum hoc ego diligenter perpendi. Nam  
*lib. 12. anti illi* Deum omnium inspectorem & crea-  
*quitatum* rem colunt, quem etiam alij omnes homi-  
*nes, & nos in primis: sed nominantes aliter,*  
*Epiph-* vocamus *Uiva: qua & ipsa voce maiores non*  
*nus in li-* incommodè significarunt, eum esse omni-  
*bro de pō- um gubernatorem & Dominum, per quem*  
*deribus et omnia viuificantur & fierent.* Tu ergo,  
*mensuris* qui omnes homines superas magnificientia  
*paulo ali- & claritate animi, libera eos, qui detinentur*  
*ter omnia in seruitute.*

*Hac nar-* Nec verò ille ita diu suspensus mansit,  
*rant.* cum nos etiam in animo ad Deum preces  
*Zēus vn-* funderemus, ut mentem ipsius præpararet  
*de dicatur* ad liberandos vniuersos illos. Cum enim  
*apud Græ* genus humanum sit Dei creatura, nimirum  
*cos: quem* id pro voluntate ipsius & transformatur &  
*Latini Io* flectitur. Itaque multis & varijs precibus  
*uem vo-* in corde meo inuocabam Deum omnia ad  
*cant.* ministrantē, ut permoueretur rex ad perfi-  
*cienda illa quæ petieram*, ac conceperam  
*de salute illorum hominum magnam spem,*  
*ex hac ratione persuasionis mœx de vo-*  
*luntate Dei ad perficienda vota mea: quia*  
*quæ homines constituant in sanctitate ani-*  
*mi facere, ad iustitiæ & bonorum operum*  
*industriam & procurationem, ad ea Deus*  
*omnia gubernans, actiones & conatus ipso-*  
*rum fœliciter dirigat atque promoueat.*

Tum

Tú ergò ille erecto capite & hilari vultu *Iosephus*  
 me aspexit, & dixit: Quot putas fore myria- *lib. 12. anti-*  
*des?* Ibi Andreas, qui propè adstabat, re- *quitatum*  
*spondit*, paulo plus fore quàm decem my- *cap. 2. le-*  
*riades.* Tum ille: Rem paruam, inquit, à no- *git: Haud*  
*bis petit Aristæas.* Tum Sosibius & non- *paruam à*  
*nulli alij qui aderant dicebant: At dignum nobis do-*  
*est tua magnanimitate*, *vt summo Deo nationem*  
*offeras istorum liberationem, munus ani-* *petis. Vt*  
*mi pij & grati.* Nam cum à Deo om- *hic sit Iro-*  
*nium gubernatore ad maximos sis eue-* *nia.*  
*Etus honores, & gloria illustratus supra Maiori-*  
*maiores tuos: conuenit tibi, vt etiam ma-* *bus a Deo*  
*xima exhibeas munera, ad declarationem beneficijs*  
*gratitudinis tuæ.* *ornati.*

Hinc ille sub mensa, cum bene esset ex- *maiores*  
*hilaratus conuiuio, dixit se hoc etiam vel-* *illigratis*  
*le adiucere, vt pro singulis corporibus, illi* *agere de-*  
*qui ea habeant, viginti accipient drachmas:* *bent.*  
*& hac de re promulgetur edictum, idque* *Ptolomei*  
*statim fiat, & simul perscripta omnia dili-* *Philadelphia*  
*genter annotentur. Ita insigni usus est ani-* *phi insigni*  
*mi promptitudine, Deo omaia quæ cupie-* *nis libera-*  
*bamus peragente, & impellente ipsum ad* *itas.*  
*redimendos non illostantum, qui cum pa-*  
*tris exercitu aduenerant, sed illos etiam*  
*si qui antè aderant, aut postea in regnum*  
*fuerant adducti. Expensas autem refere-*  
*bant factas ultra QVADRINGENTA* *Ioseph.*

**TALENTA.** Ipsius etiam editi exemplum non incommodè, ut puto, est à me separatim expositum. Nam ita regis magnificientia fiet multo splendidior & illustrior, ad quam Deus confirmabat & impellebat

**Edictum regis Pto-** ipsum, ad hoc vt contingere salus multis hominum cœtibus. Tale autem erat editum ex mandato regis conscriptum,

**Iomæi de liberatio-** Quicunque militantes cum patre nostro in regionibus Syriæ & Phœnicia, adorti-  
**ne Indo-** rum.

**Hoc edi-** terram Iudæam obtinuerunt corpora Iudaica, & ea secum perduxerunt huc in ciuitatem aut regionem, aut etiam alijs vendide-

**Etum ait Iosephus lib. 12. cap.** postea sunt huc adducti ex Iudeis, volu-

**2. Indeis** mus, vt qui eos habent, illico dimittant à se

**gratissimū** liberos, & accipiant statim pro singulis cor-

**fuisse:** & poribus drachmas viginti, milites quidem ad perpetuam Re-

**mensa regia.** Nam arbitramur illos neq; ex patris nostri voluntate, neque vt decet &

**am affer-** æquum est captos fuisse: sed ex militari im-

**uasse.** petu & regionem vastatam, & Iudeorum in Aegyptum traductionem factam. Nam

**Pruden-** quod commodi contigit ex auxilio militū

**cer cul-** regionis, hoc satis magnum fuit: quia vero

**pam à se** & patre homines etiam ipsi sunt captiui abdueti,

**& suo reiçit** hoc est omnino iniquum: cum ergo consti-

**tis milites,** tutum habeamus reddere omnibus homi-

nibus

nibus ius suum, & multo magis illis qui sine ratione sunt sub imperio alieno: cumque ubique & in omni negocio eligamus quod rectius in ratione & iustitie & pietatis: ideo mandauimus, ut quotquot cuique Iudeorum corpora sint obnoxia seruituti, aut quocumque alio modo in regno detineantur nostro, qui habeant illa apud se, illi pro precio a nobis deputato ea dimittant libera: neque quisquam hic callidè aliquam fraudem usurpet, sed intra triduum post hoc edictum, publicatum, omnes profiteantur numerum suorum apud praefectos huic negocio, & simul statim exhibeant corpora ipsa. Nam ut hæc ita fierent, in nostra considerata deliberatione inuenimus, & nobis & negocio ipsi conducere. Qui autem volet aliquem ex contumacibus deferre, ille in deprehensum ius & potestatem habebit plenam, bona verò talium recipientur in fiscum regium.

Oblato hoc edito, ut regi prælegetur, cum id omnia complecteretur, hoc excepto, ET SI QVI VEL ANTE ADERANT, VEL POSTEA SVNT ADVICTI EX IVDAEIS, hoc rex, ex sua munificentia & magnanimitate adiecit: iussitque solutionem, ut quæ multiplex & cumulata esset futura, partiri

& distribuere inter ministros mandatorum & regios numularios. Atq; ita hoc negotium decretum, intra septem dies fuit confirmatum & absolutum, authoritate regia. Expensæ autem protrahebantur ultra

*Expensa-* **SEXCENTA ET SEXAGINTA  
vñ in cap- TALENTA.** nam multi etiam lactantes  
*tiuorum* pueri, vñ cum matribus redimebantur. De  
*redemptio* quo & ipso cum esset ad regem delatum,  
*nō facta-* num & pro istis essent viginti drachmæ  
*vñ summa* pendendar: Rex hoc etiam facere iussit, cum  
plenè & integrè omni in re decreta perfice-  
re studeret.

His peractis, Demetrium iussit scripto comprehenso sententiam suam offerre, de libris Iudeorum describendis. nam nihil inconsideratè & temerè, sed omnia ex manda-  
to & cum magna diligentia administrantur apud hos reges, ex quo mihi visum fuit se-  
paratim exponere & eorum quæ fuerunt regi exhibita, & epistolarum exempla: ad  
hæc, & numerum & apparatum eorum quæ  
fuerunt dono missa Eleazaro, propterea  
quod eorum quodq; excellebat & munifi-  
centia & arte. Ad hunc autem modum De-  
metrius sententiam suam regi exposuit.

*Epistola  
Demetrii  
Phaleri  
de libris  
Iudeorū  
describen-  
dis.* Cum Rex mandaueris mihi, vt qui dees-  
sent Bibliothecæ tuæ libri, eos curarem ad  
eam complendam conquisitos colligi: &  
simul

simul si quid detrimenti cepissent, illos ad *Iosephus*.  
 modum conuenientem reficerem : ego ha- & *Euseb.*  
 Et tenuis non segnem in hoc operam nauauit, *bis talem*  
 & nunc præterea ad te refero , Legum Iu- *in scriptio-*  
 daicarum libros cum paucis quibusdam de- *nem pre-*  
 esse . Constant enim hi lingua & literis posuerūt :  
 Hebraicis : sed negligentius, nec ita ut re ip- *Magni*.  
 sa se habent ( quemadmodum hoc perhi- *Regi De-*  
 betur ab illis qui intelligunt ) sunt con- *metrius*.  
 scripti : quia nondum contigit illis regij  
 animi cura & munificentia. Rectum autem  
 fuerit, & hos libros accuratè elaboratos ex-  
 tare inter tuos: quia hæ leges & sapientio- *Legum*  
 res & sanctiores sunt alijs, vt quæ sunt diui- *Indaicoru*  
 næ. Hinc enim cùm alij Scriptores & Poëte,  
 tum Historici omnes abstinuerūt à mentio- *in signis*  
 ne & librorū istorum, & virorum illorum  
 qui secundum leges has administrarunt &  
 administrant Rempublicam: quia, vt Heca-  
 tæus Abderites asserit, planè sanctam quan-  
 dam & venerandam contineant in se sen-  
 tentiam & contemplationem. Si ergò visum  
 fuerit tibi Rex, scribetur ad principem sa-  
 credotum Hierosolymis, vt mittat ad te ex  
 quaq; tribu sex viros maximè honestate vi-  
 tæ, senio & prudentia legum suarum præ-  
 stantes: vt ita ex pluribus per diligentē exa-  
 minationem nacti consentientem & accura-  
 tam interpretationem , hos lihros præclarè,

vt

*vt & rei ipsius & tuę voluntatis dignitas posculat, recondamus. Sis felix perpetuō.*

Facta hac relatione, Rex iussit ad Eleazarum istis de rebus scribi, & indicari reponymum demptionem captiuorum factam. Ac exhibuit ad consecrationem craterarum, phialarum, mensē, & vasorum libationum, de auro quinquaginta pondo talentorum, de argento autem septuaginta, & lapidum preciosorum ingentem numerum. Iussit praeterea, fisci praefectos facere artificibus copiam eligendi quae vellent, & de pecunia expendere ad sacrificia & res alias ad talenta centum. Sed exponemus tibi etiam, quomodo singula fuerunt confecta, ubi epistolam regiam percurrerimus, quae ad hunc modum conscripta fuit.

*REX PTOLOMÆVS ELEAZARO summo sacerdotum, gaudium & salutem precatur.*

*Iosephus.*

*Epistola regis ad*

*Eleazarū de mitten- dis inter- pretibus.*

*Q* Voniam euenit, vt multi ex Iudeis incolerent regionem nostram, quorum alij Hierosolymis abducti sunt à Persis tum temporis, cum illi potirentur rerū: alij cum patre nostro capti in regionem nostram peruenerunt, ex quibus ille multos selectos in exercitum, & ad militię usum stipedijs ampliorib. recepit: & qā illos priores iudicabat plurimos esse, his loca ad praesidia

fidia munita commisit, ne Aegypti popu-  
lus sibi ab illis timeret. Nos verò consecuti  
regni administrationem, cùm alijs omni-  
bus exhibemus nos humaniores, tum verò  
præcipue ciuibus tuis, quorum captiuos vi-  
tra decem myriades liberauimus, persolu-  
to singulis dominis pecuniae precio digne-  
& simul etiam corrigimus, si quæ ex impe-  
tu multitudinis perperam sunt acta. In quo  
persuasum habemus, nos piè agere, & offer-  
re munus animi grati Deo maximo, qui no-  
bis regnum conseruauit in pace & gloria,  
quæ præster in toto terrarum orbe. Præte-  
reà ætate & viribus valentiores in exerci-  
tum recepimus: qui verò idonei essent, ut  
circa nos versarentur, illos dignos iudicauim-  
us, quibus negocia aulæ committeremus.  
Sed cū non solùm his cupiamus gratificari,  
sed & omnibus alijs Iudeis in orbe terra-  
rum, illis etiam qui sunt in posterum futu-  
ri: constituimus, legem vestram ex Hebraï-  
ca lingua interpretatione traducere in  
Græcam, ut hæ leges vestræ in nostra Bi-  
bliotheca extent, cum alijs regijs libris. Præ-  
clarè ergo & pro dignitate instituti nostri  
feceris, si ad nos miseris electos ex quaquo  
tribu sex viros seniores: qui & honestè vi-  
tam peregerunt suam, & in legum peritia  
sunt exercitati, & interpretandi facultate  
pollent,

pollent, ut in studio & tractatione rei magna germana & consentiens eius veritas à pluribus eruta deprehendatur. Nam nos quidem ex hoc negocio peracto, arbitramur nobis magnam accessuram gloriam. Ablegauimus autem ad te Andream, præcipuum corporis nostri custodem, & Aristæam: viros apud nos magno in honore constitutos, qui tecum hac de re agant, & afferant tibi secum & in templum primitias nostræ dedicationis, & ad sacra aliosque vnfus pecuniæ talenta centum. Si autem & tu ad nos scriperis de quibus placuerit, rem & nobis gratam, & amicitia tua erga nos dignam facies: nam nos statim effecta curabimus, de quibus nos voluntatem tuam cognouerimus. Vale. Ad hanc epistolam Elcazarus haec benignè rescripsit:

*ELEAZARVS SVMMVS  
sacerdos regi Ptolomæo amico sincero Salutem.*

*Eleazarì* **S**i valest tu, & regina, Arsinoë soror tua,  
*Pont. ad* & liberi, bene est, & vt volumus: vale  
*regis Ptol.* mus autem & nos. Accepta epistola tua, val-  
*epistolam* degauisi sumus, ob institutum & consilium  
*responsio.* tuum tam præclarum: ac congregatae uni-  
uersæ multitudini prælegimus, vt cognoscerent tuam erga nostrū Deum piām vo-  
luntatem, quibus monstrauimus etiā phia-  
las;

Ias, quas aureas viginti, & argenteas triginta *Dona*  
misisti: crateras item quinq;<sup>o</sup>, & mensam su-*missa Eleazar*  
per quam fierent oblationes, & sacra pera-  
gerentur: tum talenta centum pecuniae, ad  
conficienda alia, quibus templum indige-  
geret. Quæ quidem attulerunt Andreas  
tibi charissimus, & Aristæas, viri honesti &  
boni, ac doctrina prestantes, tuaque conuer-  
satione ac iustitia per omnia digni. Qui  
etiam exposuerunt nobis omnia sibi abs te  
commissa: & à nobis vicensim cognouerunt,  
quæ ad literas tuas respondenda fuerunt.  
Nam in omnibus quæ tibi proderunt, eti-  
amsi illa naturam nostram superent, ob-  
temperabimus tibi: id quod est argumentum  
amicitiae & dilectionis. Quoniam &  
tu magnis & indelebilis beneficijs ciues  
nostros, & eos permultos, affecisti. Atque  
ideo statim pro te, sorore tua, liberis & ami-  
cis sacra exhibuimus, in quibus simul vni-  
uersa multitudo vota fecit, vt tibi omnia  
& perpetuo, quemadmodum cupias, suc-  
cederent: & Deus, qui omnia administrat,  
gubernatione sua conseruaret regnum tu-  
um in pace, vna cum gloria: vtque tibi salu-  
tariter, & ex animi sententia, descriptio le-  
gis procederet. Atq; in presentia omniū, ele-  
gimus honestos & bonos viros ex singulis  
tribub<sup>s</sup> sex seniores, quos etiā misim<sup>o</sup> ad te,

vna

vnā cum lege. Tu verò Rex iustè & præclarè facies, si post absolutam ex mandato tuo descriptionem librorum, curabis ut isti vi-  
ri rursum nobis tutò restituantur. Vale.

## COMMENTARIUS.

Quemadmodum ergo Ptolomæus Rex una cum libris sacris eorum interpretes petierat: sic Eleazarus quoque simul transmisit: & Aristas narrat, ipsos LXX. viros eleganissime compa-  
ctos libros Regi obiulisse. Idem Clemens Alexan-  
drinus libro primo Stromatum, Vincētius lib. 6.  
Speculi historialis cap. 15. Sixtus Senensis libro  
4. Bibliothecæ sanctæ &c. probant. Iustinus ve-  
rophilosophus & martyr in oratione ad Anto-  
ninum Pium: Cum, inquit, Ptolomeus Ægyptiorum Rex bibliothecam institueret, & homi-  
num omnium scripta comportare conaretur: de  
prophetijs hisce quoque certior factus, ad Herodem, Iudeorum tunc regem, misit, copiam sibi  
fieri propheticorum librorum petens. Ac rex  
quidem Herodes illos Hebraica lingua conscri-  
ptos misit: verum cum Ægyptijs incognita essent  
qua scripta erant, denuo legatione missa illem  
rogauit, ut ad se, qui libros istos in Græcum trans-  
ferrent sermonem, homines mitteret: atque hoc  
sic facto, libri apud Ægyptios permansere usq;  
ad hodiernum diem. B. quoque Augustinus li-  
bro 18. de civitate Dei cap. 42. hoc iisdem fere  
verbis reperiit, quod primo libros, deinde, cum  
nos Ægypti non intelligerent, interpretes Rex  
petierit:

petierit: nisi, quod ista non Herodi regi Iudeorū,  
sed Eleazarō Pontifici, ut & omnes propemo-  
dum alijs historici, tribuit. Quare etiam Langus  
in commentarijs ad Iustinum martyrem, isto loco  
pro Herode, Eleazarum legendum scribit.

D. vero Epiphanius in libro de ponderibus et  
mensuris, peculiarem Proloimei epistolam refert,  
qua solos libros petit. Eos cum aureis literis scri-  
ptos, viginti duos genuinos, & septuaginta duos  
apocryphos transmisissent Iudei, nec quisquam  
in Aegypto legere posset: per alias literas eorum  
interpretes dari roget:

PTOLOMÆVS REX, PIETATIS  
Doctoribus Hierosolymitanis  
multum gaudij.

T Hesauri absconditi, et fontis obsignati, qua  
est utilitas in utrisque? Sic etiam librorum  
a vobis ad nos missorum doctrina se habet: quia  
enim non possumus legere horum literas, nulla  
erit nobis hinc utilitas. Idcirco dignemini in-  
terpretes nobis mittere, exakte eruditos in Gra-  
& Hebraica lingua. Valete.

Sed utrumque fieri potuit: ut & libros prius  
miserit Eleazarus, & post, alias eleganter  
ad huc libros secum interpretes in Aegyptum  
asportare voluerint; metuentes, forte, ne prio-  
res depravati vel corrupti essent ab Aegyptijs.

*Nomina* Ex prima autem tribu hi sunt:  
*interpretū* Iosephus, Ezekias, Zacharias, Ioannes, Eze-  
*ab Eleaza* kias, Eliseus.

*missorū* Ex secunda tribu:  
*ad legis* Judas, Simon, Somoelus, Adæus, Mattathias,  
*interpre-* Eschlemias.

*tationem:* Ex tertia tribu:  
*quorum* Neemias, Iosephus, Theodosius, Basæus, Or-  
*etiam me-* nias, Daces.

*minit Io-* Ex quarta:  
*sephus lib.* Ionathas, Abræus, Elisæus, Ananias, Cha-  
*12. eap. 2.* brias, Satus.

*& Sextus* Ex quinta:  
*Senensis* Isacus, Iacob<sup>o</sup>, IesuS, Sabbathæus, Simō, Leuis,  
*lib. 4. Bi-* Ex sexta:  
*bliothecæ* Iudas, Iosephus, Simon, Zacharias, Simeonius,  
*sancta.* Selemias.

Ex septima:  
*Sabbathæus*, Zedekias, Iacobus, Isachus, Iisias,  
*Natthæus.*

Ex octaua:  
*Theodosius*, Iason, IesuS, Theodotus, Ioan-  
*nes*, Ionathas.

Ex nona:  
*Theophilus*, Abramus, Arsamus, Endemias,  
*Iason*, Danielus.

Ex decima:  
*Hieremias*, Arsamus, Iason, Endemias, Ele-  
*zarus*, Dathæus.

Ex

Ex undecima:

Samuelus, Iosephus, Iudas, Ionathas, Chabeu, Dositheus.

Ex duodecima:

Isaelus, Ioannes, Theodosius, Arsamus, Abies, Ezekielus.

Hi omnes fuerūt numero duo & septuaginta. Atque hæc quidem ad epistolam Regis sunt ita ab Eleazarō rescripta.

Porrò, vt promisi, explicabo etiam ornamenti & elaborationem munerū, quæ varia & præstanti solertia artificij fuerunt cōfecta. *Ex his manu  
neribus  
perspicitur Regis  
pietas in  
Deum, &  
erga Iudeos munificientia.*  
Cum enim rex & suppeditaret omnia largè, & artifices in conficiendis singulis obserua-  
ret, non potuit fieri, vt illi per oscitantiam aliquid vel intermitterent, vel temerè & perperam conficerent. Primū autem mē-  
sæ confectionem exponam.

Hanc rex mola quidē valde magnā vole-  
bat extruere: sed cū iussisset interrogare il-  
los qui Hierosolymis fuissent, quanta illa  
prior ibi foret, & illi indicasset modū, ipseq;  
rursus quæsiuisset an maiorē confiscere debe-  
ret: ac quidē tum nōnulli ex sacerdotibus &  
alijs dixissent, nihil obstare: ipse dixit se pa-  
ratū esse ad extruendā vel quintuplo maio-  
rem, sed vereri ne ad ministeria inutilis fiat,  
nam se nō hoc respicere, vt tantū à se oblata  
in templo persistat: sed iudicare multo plus

gratiæ consecuturum, si ministeria & sacra  
solita ritè, quibus conueniat, essent peractu-  
ri supra illa opera, quæ à se essent confecta:  
neque enim ob penuriam auri , priorem  
mensam ita paruam factam : sed sibi videri  
eam, cum satis auri habeat, certa de causa &  
ratione ista magnitudine constare: propte-  
rea non velle, neque debere eam , cum iusta  
& commoda sit, transgredi & transmutare.  
Sed dix. t se aliam initurum rationem, ac cu-  
ravit, vt quamplurimum ingenij & artifi-  
ciosæ operæ in eam conferretur.. Nam vt  
erat ingenio præstanti ad rerum formas &  
imagines concipiendas , omnia ipse accu-  
ratè perpendendo, ad speciem venerandam  
excogitabat, & quidem quæ cœlata debe-  
bant esse, illa iubebat facere quām speciosissi-  
mè: quæ verò plana & nullo cœlo exorna-  
ta, illis modum suum conuenientem præci-  
piebat adhibere, hinc longitudine duorum  
cubitorū, altitudine autem vnius & semis,  
eam extruebat , vndique ex auro probato  
solidam, non foliaceo extrinsecus circum-  
uoluto obductam. Coronam verò palma-  
rem circumdederūt. Plegmata verò & reti-  
cula circum labia & extremitates erant cō-  
torta ad modum funicularum, in quibus  
supra modum mirabile artificium torni ex-  
tribus lateribus erat, nam figura triangulari  
erant,

trant, & à quaque parte formata ad eundem effectum dispositionis suæ, vt in quamcunque partem verterentur, eandem aspicienti faciem præberent: à parte quidem iuxta coronam, tractus ille qui in mēsam tendebat, formam decentem habebat: sed ille qui foras spectabat, decentiorem, vt qui accommodatus esset ad contemplationem accedentium. Quia autem, vt diximus, forma triangularis erat operis in quamcunque partem versi, hinc utriusque huius tractus pars in summo acuta & elevata erat. In hoc etiam altero tractu erant preciosi & varij lapides, in medio plegmatum funeralium situ contiguo per vices inserti, ad inimitabilem connexionis formam: omnes quoque per foramina fibulis aureis, vt firmi inessent, comprehensi, angularum iuncturas clausuræ constringebat. Circa partes autem coronæ ad aspectum eminentes, per obliquum in circuitu erat ex lapidibus preciosis confecta quædam ouorum facies, cum effigie extante, & virgulis excultis, ad formam continui & densi inter se situs, quæ ambibat totam mensam. Sub hac lapidea ouorum effigie, artifices fecerant coronam feracem omnium frugum, ita vt illi fructus extarent, & conspicui essent: vt botri, spicæ, palmæ, pomæ, oliuæ, punica mala, & id genus alij frumentorum.

Etus: quos singulos lapides non tantum ad formam, sed & colorem fructuum elaboratos in circuitu totius mensæ alligarant ad summum orbis aurei. Post coronam ita exornatam extabat in opere similiter & ouicularis illa facies, & illa reliqua virgularum & cœlaturæ forma, ut cum mensa esset ad usum ab utraque parte confecta, ad utram eam erexeris, ab illa usque ad ima pedum eandem & plegmatum & coronæ speciem referret. Nam laminam mensæ, quam lata ea erat, adiunxerat solidā, & latitudine quadratorum digitorum, ad pedes in eam inferendos, qui fibularum clausuris astringerentur, ut in utramuis partem erecta mensa, apta esset usui. Atque haec quidem in externa superficie mensæ utrobius ad usum accommodatæ cernebantur. \* Supra ipsam autem conspicuum meandrum fecerant, qui in medio haberet extantes lapides preciosos, ut pyliades, carbunculos, smaragdos, ad haec onyches, & alios qui speciei fulgore præstarent. Iuxta meandrum erat patens quædam textura miro artificio confecta, in medio exprimens sublongam & rotundam figuram rhombo similem, quæ crystallum, & quod vocant electrum, ita eleganter figurata habebat inserta, ut contemplantibus videretur opus inimitabile. Pedes vero ita erant

\*<sup>υπ.</sup>  
<sup>τις.</sup>

erant parati, ut haberent lilia, & ea repansa  
in summo quā incumberet mensa. Subtus  
autem folia, quae sub aspectum venirent, es-  
sent erecta. Pars autem inferior pedis cuius-  
que, qua innitebatur paucimento, constabat  
carbunculo ex omni parte palmari, latitudi-  
ne digitorum octo: quia erat loco fundame-  
ti, cui pedi reliqua moles tota incumbebat.  
Ex eo etiam artificiose exculta prodibat  
hedera achato implexa & viti, quæ circum-  
uoluta toti pedibotros haberet ad summū  
usque ex lapidibus preciosis confectos. At-  
que hec eadem forma erat pedum quatuor,  
in quibus omnia erant ita elaborata affa-  
brè, & coaptata, ut peritiæ & artis præ-  
stantia non solùm nihil disreparent à ve-  
ritate, sed etiam vento per aërem flante mo-  
uerentur eorum folia omnia, & situ & ha-  
bitu ad natuam imaginem sculpta. La-  
bia autem mensæ constabant ex tribus par-  
tibus, & erant veluti triplicata, ac clavis sub-  
tilibus ita inter se per crassitudinem operis  
coagmentata, ut neque cerni, neque inueni-  
ri posset, qua iuncturæ coirent. Crassitu-  
do autem mensæ totius non minor erat  
semicubito: unde sumptus ad multa mil-  
lia protrahebantur: nam quia Rex se-  
mel constituerat, non esse magnitudine  
ampliorem faciendam, quæ insumen-

da fuissent in eam, illa, atque adeò plura, cōtulit in crassitudinem; omniaque sunt ex ipsius sententia perfecta ad ornatum excellētem, & visu mirabilem, in quo & artificium superaret omnem imitationem, & speciei decor esset valde conspicuus.

**Craterū  
descriptio.** Crateres autem duo erāt ornatū squamoso, ab imo usque ad medium per quam artificiose torno exculti, in medio squamarum intersertis lapidibus preciosiss. Hinc sequebatur meander altitudine cubitali, ita ex lapidibus varijs figuratus, ut in eo præter speciem pulchritudinis, artis etiam insignis industria eluceret. Post hunc erat virgularum series, super quam usq; ad labia rhombi ad similitudinem retis complicati, in medio horum scuta ex lapidibus diuersi generis, magnitudine non minore quatuor digitorum, ad summum illustrabant splendorem pulchritudinis illa sua perpetua lapidum discrepantia. In coronæ autem labijs erant expressa lilia, & anthemides, atque botri in ambitu intertexti. Talem formam habebant crateres aurei, qui capiebant plus quam duas vrnas. Argentei autem erant, ad nitorem mirificè conspicuum & splendentem, propter hoc ipsum elaborati, ut quiduis adhibitū in ijs multo expressius, quam in ipsis speculis representaretur: nec sanè licet

cet oratione assequi veram effigiem eorum. Nam postquam essent perfecti, & hoc ordine dispositi, vt primum locum haberet argenteus, secundum aureus, deinde rursus argenteus, postea aureus positus esset, planè inenarrabilis spectaculi facies reddebatur: vt accedentes ad contemplandum, non possent discedere, eo quod omnia splendore eorum illustrarentur, & quod in contemplatione magna inesset iucunditas, & ea cōdita varia quadam vi apparitionis & speciei ipsorum, dum contemplantes quidem decus aureorum craterum sentirent perpetuam quandam voluptatem, cum admiratione animi assiduè sc̄ ab una ad aliam artificij solertiam conseruentis. Respicientibus ad argenteos, vnde in oculos incurseret splendor, qui multo etiam magis caperet animos, & eos ita distineret, vt potuisses diffuere: ex quo sanè varietas & solertia artificij eorum non potest enarrari.

Porrò phialas aureas ita torno expolie. *Phiale* <sup>aureas.</sup> *Rant*, vt in medio haberent coronas vitis, cir- <sup>Josephus</sup> calabia hederæ & myrti: quibus etiam co- *ras fruisse* ronam oleæ illustrem & lapidibus valde ait, pare- preciosis exornatam interseruerant, & reli- reddiderant, dum singulari industria stude- rent omnia absoluere ad excellentiam glo-

riæ Regis. Nam prorsus neque in ærario re-  
gio, neque ullo alio extabant tanti sumptus  
& tam artificiosa opera. Rex enim, vt erat  
ambitiosus circa decus & splendorē, non pa-  
rum adhibebat curæ & solicitudinis ad hoc  
suum institutum. Nam saepe omissis publicis  
occupationibus, studiose assidebat artifici-  
bus, vt illi perficerent omnia, vt conueniret  
loco in quem illa opera missurus erat, vnde  
*Iosephus*  
*testatur,*  
*artifices*  
*quoque*  
*omnium*  
*præstan-*  
*tissimos*  
*fuisse ad-*  
*hibitos.*  
quidē euenit, vt omnia essent absoluta ho-  
norificè, & pro dignitate tum regis mit-  
tentis, tum summi sacerdotis qui præfesset  
loco illi. Nam lapides & magnitudine  
conspicui, & numero multi, non pauciores  
quinque millibus adhibiti erant: tum artis  
solertia omnia ita excellebant, vt quintuplo  
premium auri superarent lapides collati, &  
artificum industria nauata.

Ita habes & hæc, quorum expositionem  
iudicaui necessariam. Sequens narratio,  
continebit iter nostrum ad Eleazarum: sed  
*Hierosoli-*  
*ma situs.*  
*Templum*  
primū declarabo tibi totius regionis si-  
tum. Postquam ergo peruenimus in loca  
illa, cernebamus ciuitatem in medio regio-  
nis sitam super montem editum & sub-  
arduum, in huius summo erat extrectum  
Templum, cum insigni ornatu: circum-  
quod erant tres muri altitudine supra Sep-  
tuaginta cubitos, & tum latitudine pro tali  
altitu-

altitudine, tum longitudine pro strūctura  
& mole ædificij, atque hęc omnia erant exē-  
dificata perquām magnificè, cum sumptus  
ex omni parte excellentia, conspicua etiam  
erat magnificētia expensarum in portas, &  
compages partium earum inferiorum, & in  
munitionem super liminiarium. *Velum Velum.*  
item appensum erat, ad similitudinem ia-  
nuarum formatum quod spectaculum  
quoddam iucundissimum, & quo nunquam  
facile satiari posses, præbebat: & quidem  
ideo precipue, quia à vento subintrante per-  
petuo mouebatur, & quidem sinuatione ab  
imo usque ad summum, ob ventum à paui-  
mento subintrantem. Altare etiam ex-  
tructum erat appositè, & ad locum illum,  
& hostias quæ ibi igne consumerentur.  
Qua verò parte ascensus erat ad illud, ea  
perquam decenter exornata erat, & pulchrè  
accommodata ad ministeria sacra, & habi-  
tum sacerdotum ad talos usque induito-  
rum tunicis ex byso. Templum autem  
spectat ad ortum, posterioribus eius ad oc-  
casum tendentibus, & pavimentum totum  
est lapide constratum, tractusque habet a-  
quæ immittendę ad loca certa, quę immitti-  
tur ad abluerendum sanguinem hostiarū: quia  
in solennibus festis multa millia iumentorū  
offeruntur. Aquæ verò confluxus nunquam  
deficit:

Descri-  
ptio alta-  
ris.

deficit: & quia fons intrinsecus magnus naturalem , & eam perennem scaturiginem habet, & quia subtus terram sunt mira & inenarrabili arte aquarum receptacula , confecta per quinque stadia , quemadmodum apparebat vnde quaque circum templum, quorum singula habent fistulas infinitas, vtrique in se inuicem emitentes fluxus : atque hæc omnia in imo & à lateribus plùbo sunt obducta, & multa terra accurate coperta. Sunt præterea multa ostia in fundo & basi, quæ nemo cernere potest, præter illos quibus ministerium est commissum: per hæc impetu & effluxu supermissæ aquæ, sanguis quantumvis copiosus à victimis collectus, abluitur & expurgatur.

Exponam etiam, quomodo ipse istorum receptaculorum molem & structuram ex singulari benevolentia monstratam cognoui. Nam abduxerunt me ex ciuitate ultra quatuor stadia, & iussit me vnum capite ad locum quendam inclinato, auscultare sonum , quem aquarum concursus ederet. Hinc ego aperte cognoui magnitudinem vasorum illorum, de quibus dixi.

*Descriptio* Sacerdotes verò ministeria peragentes, sacerdotū omnino virium robore præstant, cum summis: de maiornatus ac silentij reverentia: nam omnes illorū nes sponte intenti sunt laboribus, licet valde

de molestis. Ac suæ cuique demandatæ par- *in sacrifici-*  
 tes sunt curæ, fine intermissione ministerij, *cis diligē-*  
 alij enim ligna, alij oleum, alij similam, alij *tia et mo-*  
 aromata in ministerio suo curant: alij inte- *desia.*  
 gras carnes hostiarum comburunt, vt tentes *De qua*  
 in hoc magna virium & intentione & dex- *etiam pul.*  
 teritate, apprehensa enim vtrisque mani- *chre Ege-*  
 bus vitulorum crura, quæ singula ferè ta- *sippus lib.*  
 lenti pondo habent, per viccs vtraque manu *1. excidij*  
 sursum porriciunt mira industria, in altitu- *Jud. cap.*  
 dinem satis magnam: nec in ijs excipiendis *17.*  
 errant. Simili modo porriciunt etiam ou-  
 um crura, nec non & caprarum, quæ mirifi-  
 cè & pondere & pinguedine excellunt. Nā  
 quod iam dictum est, ita peragitur, vt ad id,  
 à certis quibus hoc curæ est, per omnia feli-  
 gantur, quæ & labore reprehensionis omni va-  
 cent, & pinguedine excellant. Ad quietem  
 autem habent locum certum, vbi quiescen-  
 tes recumbunt: atque inde vsi quiete, ala-  
 cres & prompti excitantur, nemine ipsis  
 ministerij officia imperante. Tantumque  
 vbi que est silentium, vt putas in loco illo  
 nullum prorsus esse hominem: cum interim  
 & sacerdotum ministrantium sint circiter  
 septuaginta, & eorum qui hostias adducant  
 valde magnus numerus, ita omnia cum re-  
 uerentia, & vt conuenit magnæ diuinitati,  
 peraguntur.

Hinc

**Summi** Hinc verò magnus nos subibat stupor;  
*sacerdotis* cum aspexissemus Eleazarum sacra tractan-  
*descriptio* tem, & ornatum illum eius, & dignitatis re-  
 uerentiam, emergentem ex tunica induita,  
 & lapidibus in ea preciosis, nam aurea tin-  
 tinabula ad pedes usque ornatus eius de-  
 pendent, quæ singula harmoniæ edunt so-  
 num suum: inter quæ singula sunt punica  
 mala, & floribus varijs & colore miro deco-  
 rata. Zona autem cinctus erat valde decen-  
 te, & varijs ac pulcherrimis coloribus per-  
 texta.

**Rationale**

Supra pectus gestabat quod **Ra-**  
**tionale** vocant: in quo implexi & auro alli-  
 gati erant duodecim lapides generum di-  
 uersorum, qui splendentes specie inenarra-  
 bili natuui & proprij coloris, inscripta habe-  
 bant nomina principum cuiusque tribus,  
 iuxta priscam & ab initio institutam ordi-  
 nationem. Supra caput habebat tegumen-  
 tum, quod **Cidaris** vocant: & supra hanc

**Cidaris.**

**Mitra.** inimitabilis artificij mitram, ornamentum  
 à regibus consecratum. Hinc supra lami-  
 nam auream nomen Dei sacris literis scrip-  
 tum, cum ornatu & decoro summe reueren-  
 tiæ per frontem ad supercilia usque proten-  
 ditur. Ipse verò Eleazarus in tractatione sa-  
 crorum videbatur his omnibus dignus esse.  
 Qui autem splendor inde existebat, ille me-  
 tu & turbatione quadam afficiebat spectan-  
 tes,

tes, cum videretur ipsis quasi extra ornatum in aliū egressus esse Eleazarus: affirmoq; omnem qui accessisset, ex illa contemplatione transformatum animo, deuenturum fuisse in stuporem & admirationem ineffabilem, propter illum sanctum habitum, qui in singulis videbatur inesse.

Hinc, vt omnia cognosceremus, in adjacentem ciuitatis arcem ascendentes, eam perlustrabamus. Hæc sita in editissimo loco, munita est turribus ad summum usque longis lapidibus extrectis, ad illorum quæ circum templum erant locorum, vt colligebamus, custodiam: vt si quæ insidiæ, aut qui tumultus, aut hostium insultus existaret, ne quis posset aditum nancisci in illa circum templum munimenta. Nam in turribus arcis erant acuta iacula, & varia bellica instrumenta: locusque iste erat in vertice montis, & supereminens inter alia munimenta. Præterea turres custodiebantur à fide dignissimis, & patriæ multis argumentis declaratis viris, qui non habebant facultatem egrediendi ex arce præterquam festis diebus, idque per partes & vices: neque sinebant ingredi quenquam, & à præside iussi admittere aliquem contemplandi gratia, valde accurate eum obseruabant: quod etiam tum, cum nos adessemus, eueniebat.

*Sionis ar-  
cis descri-  
ptio.*

Nam

Nam agnè nos duos & inermes admittebāt, ad perlustrandas res sacras: dicebant enim, sibi sub fide commissam hanc curam: omnesque adductos ad hoc iuramento, quod sancte hanc rem, ut esset sibi præscripta, curare vellent. Et hinc, cum sint numero quingenti, nunquam admittere simul plures quam quinque. Hocque ita esse cautum & prospectum ab illo, qui primus hanc præmunitionem extruxerat.

*Vrbis Hierosolymorum situs descrip.  
tio.* Ciuitatis verò amplitudo est mediocritate quadam temperata: quæ, quantum coligere potuimus, in circuitu quadraginta stadia habet. Turres eius subitus videntur esse peruite, suprà verò transitus visitatores habent, & sunt ad formam theatralem dispositæ, nam quia ciuitas in monte est sita, sunt reflexæ, & in se inuicem pronæ. Ad illos transitus sunt etiam parati ascensus graduum editiores, ut alij in sublimi, alij subitus incederent, quæ distinctio præcipue facta est ob sanctos & religioni deditos viros, ut neminem attingerent, quem non liceat.

Non temerè autem illi primi conditores, ciuitatem hac conuenienti amplitudinis dimensione considerunt: sed sapienti hoc cōfilio fecerunt. Nam regio est ampla & bona, versus quidem Samaritas, & quæ attingit Idumenæos, magna ex parte est campestris:

in

# HISTORIA.

in nonnullis etiam alijs locis est montosa,  
 vbi agriculturæ & diligentia terræ elaboratione indiget. Sed ferè fit, ut etiam hincultores eis suam industriam & diligentiam, abundantiam frugum habeant, ex quo sane fit, ut omnia excolantur: & vbiique in regione sit magna fructuum affluentia. At verò quæ ciuitates sunt amplæ, & pacem fœlicitatemque, & affluentiam rerum habent, in illis euénit ut iuuentus quidem floreat, regiones vero negliguntur, omnibus ad hilaritatem animi intentis: cum ab ortu ipso natu-  
 ræ suæ omnes homines ad voluptates sint præcipites & proni, id quod vsuuenit Ale- Alexan-  
dria Aegypti urbs  
dria Aegypti urbs  
deq; eadē  
editum.  
 xandriæ, quæ cum omnes ciuitates & mag-  
 nitudine & affluentia rerum superet, in eam ex omnibus regionis partibus commicantes incolæ ad hospitales in uitationes, dum mo-  
 rantur diutius ibi, cultum terræ in diminu-  
 tionem perducunt, vnde rex, ne ibi ita mo-  
 rarentur, hoc mandatum promulgauit, vt  
 ne ultra viginti dies liceret in ciuitate ex-  
 teros versari. Similiter etiam illis, qui ha-  
 berent negotia in ciuitate, præscripsit mo-  
 dum & tempus ad dijudicanda ea: vt si quis  
 esset vocandus in ius, intra quinque dies ne-  
 gocium eius in iudicio expediretur. Cum-  
 que etiam frumentarios, commeatusque cu-  
 ratores & eorum ministros magnifaceret,

F

legibus

legibus ordinavit, ut ne agricolæ & prefecti ciuitatis quæstum facientes, minuerent celas & horrea, id est, fructus agriculturæ.

*Fertilitas  
terra In-  
daica.*

In hæc autem ideo digressi sumus, quia Eleazarus ea nobis accuratè demonstrauit. Est ergo ibi magnum studium agriculturæ: & ideo regio eorum consita est arboribus oliuarum, & ferax est omnis generis frumenti & leguminum: ad hæc, vineis & melificio abundat: palmæ verò, & aliæ frugiferæ arbores sunt innumerabiles apud ipsos: item iumenta & pecora omnis generis multa, & pascua uberrima. Itaque præclarè hoc perspicientes, ista loca multitudine hominum egere, ad hoc & ciuitatis constitutionem & pagorum numerum accommodarunt. Præterea immensa copia aromatum, lapidum preciosorum & auri, importatur eò per Arabes. Nam regio & ad cultum & ad negociationem est idonea, & ciuitas abundat artificibus: nec deest ei quam eorum, quæ mari aduehi solent, cum habeat portus opportunos, qui abundè suppeditent res & Ascalonæ, & Ioppæ, & Iazz, similiter etiam Ptolemaidis, ciuitatis à re-

*Ptolemais* ge conditæ. Iam in medio istorum locorum est sita, nec ab illis multum distat, sed ipsa per se omnia abundè habet, cum sit & irrigua vndeque regio, & ad magnam securitatem

securitatem munita. Nam Iordanus, fluuij- *Iordanus*  
us ille perennis, circumfluit ipsam, in se ab *fluuium*.  
antiquo continentem non minus aruorum  
quam sex millia myriadum. Deinde ex vi-  
cinia sexaginta myriades hominum in ip-  
sam peruererunt, qui singuli possessionem  
centum iugera agri sunt consecuti. Flu-  
uius autem, perinde ut Nilus, circa tempus *Iordanis*  
messis exundans, multum terræ irrigat, & *exundatio*  
circa regionem Ptolemæorum in alium *annua*.  
fluuum illabitur, qui deinde in mare  
ingreditur: alij etiam qui vocantur Tor-  
rentes defluunt, qui loca illa ad Gazam &  
regionem Asotiorum inundant. Adhæc na-  
turalibus munimentis circumdatur, cum  
ob angustias viarum & præcipitia, ac fauces  
profundas, asperitatesque montium qui  
eam ambiunt, irruptiones excludat, nec ab  
aliqua multitudine inuadi possit.

Narrabatur etiam, ex montibus Arabiae  
vicinis prius metalla æris & ferri fuisse eru-  
ta: quæ postea, quo tempore Persæ rerum  
potirentur, fuerunt intermissa: quia qui-  
tum præsenter, culparent illa, vt inutilis &  
sumptuosi laboris, & per quæ etiam regio  
posset perdi. Ac quidem hæc ipsorum cri-  
minatio valuit: quia sere per potentiam il-  
lorū, qui intenti ijs erāt, regio fuit perducta  
in alienas manus, cum illi inde in regionem

naeti fuissent ingressum. Exposui ita stri-  
ctim tibi, frater Philocrates, quæ etiam de  
his commemoranda fuerunt, deinceps ex-  
ponam illa, quæ sunt ipsius interpretationis.

**LXX.in-  
terpretum electio.** Elegit ergo Eleazarus optimos & erudi-  
tione præstantes viros, ut pote præclaris or-  
tos parentibus : qui non solum exercitati-  
erant in literis Iudæorum, sed etiam in stu-  
dia & mores Græcorum non segnem ope-  
ram nauarant: quique ideo idonei erant ad  
legationes, & eas obibant cum opus esset.  
Iam ad disputationes de legibus explican-  
das valde solertes erant, ijdem amplexaban-  
tur statum vitæ & morum medium, qui est  
optimus, deponentes à se asperitatem & bar-  
bariem animi: nec volebant videri arrogan-  
tes, & esse in aliqua opinione elationis ad-  
uersus inferiores, sed suavitatem animi in  
conuersationibus, & facilitatem audiendi  
alios, dexteritatemque respondendi ad fin-  
gula, aptè & ordine recto declarare stude-  
bant: denique omnes erant digni præside-  
fuo, & virtute ipsius. Quām verò ipsum E-  
leazarum amarent, hinc licebat cognoscere,  
quia inuiti & ægrè ab ipso discedebant. Ipse  
etiam valde eos amabat, quod inde licebat  
colligere: quia præterquam quodd scripse-  
rat ad Regem de ipsis restituendis, multum  
etiam rogabat Andream, ut id negotijs pro-  
moueret,

moueret, & in alijs quibus possemus, ipsis  
gratificaremur. Cumque nos promissemus  
nostram operam, & dixissemus ipsum  
non debere de istis sollicitum esse: ipse re-  
spondebat, se etiam valde angi animo ob-  
istam rem. Compertum enim habere, Re-  
gem, cum virtutis studio & amore excellat,  
huius præcipue curam habere, ut vbi cun-  
que locorum celebretur aliquis doctrina &  
prudentia præ alijs excellens, eum ad se ac- *Ptol. regis*  
cessat, nam & hoc ipsum dicere, & recte: *erga do-*  
Quod si habeat apud se iustos & modera- *Etos homi-*  
tos viros, habeat secum regni sui maximum *nus obser-*  
præsidium & muniimentum: eo quod illi li- *uantia.*  
berè & intrepidè consulant, ad communem  
utilitatem illorum, quibus ipse benè velit.  
Talesque dicebat se animaduertere, esse il-  
los ab ipso missos. Præterea iureiurando  
affirmabat, se istos viros non dimissurum,  
si quod aliud suum negocium instaret.  
Nunc verò dimittere illos, ad emendatio-  
nem rei cōmuniter omnibus ciuibus utilis.  
Nam vt quis bene viuat, hoc situm esse in-  
obseruantia, & diligentie custodia legum:  
hoc verò acquiri & absolui multo magis ex  
auditione, quam lectione. Ex horum ergo  
& similiū commemoratione, satis decla-  
rabat animi sui erga illos viros affectum.  
Nunc pauca quedam ex illis quæ ipse

nobis interrogantibus explicuit , dignum fuerit commemorare , præsertim cum existimemus multis videri , nonnulla in lege temerè comprehensa : vt illa quæ de cibo & potu , & animalibus illis quæ habentur impura , sunt tradita . Interrogantibus ergo nobis , quare cum sint vnius creatione omnia condita , alia ad esum impura habeantur , nonnulla etiam ad tactum : hæc enim & alia multa videri superstitiose tradita esse in lege , & obseruari etiam nimis superstitione . Ad hæc ipse ita cœpit loqui :

*Eleazari* Cernis , inquit , quid possint & efficiant ad questio conuersatio & consuetudo , quia homines nem ab ex conuersatione improborum deprauantur , & fiunt miseri per totam vitam . Si vero cum sapientibus & prudentibus versentur , ignorantiae suæ emendationem ad virtutem rectitudinem consequuntur . Hinc primus Legislator noster distinctè & accurate præcepit , quæ sunt pietatis & iustitiae : & singula de his tradidit non solum prohibitione , sed etiam cum præscriptione recti : ob oculos etiā positis malis & afflictionibus , quas Deus immittat authoribus delictorum . Nam primū omnium ostendit , vnum solum esse Deum , & eius potentiam omnia peruadere , ita vt omnia sint ea repleta , nec ipsam lateat quicquā eorū , quæ in ter-

ra ab hominibus clam fiant: sed quæcunque *Vide pul-*  
*quis vel iam faciat, vel pōst sit facturus, ea chrum la-*  
*sint illi aperta. Quibus quidem ita accuratē cum Euse-*  
*traditis, hoc demonstrauit & effecit, ut si bī. lib. 8.*  
*quis tantum cogitet de aliquo improbo fa- præpara-*  
*cinore peragendo, nedum si id peregrisset, tōnis E-*  
*sciret Deum id non latēre: sicque in tota le- uangelico*  
*ge sua Dei maiestatem & potentiam illu- cap. 3.*  
strauit. Hoc initio ita facto, demonstrauit  
deinde omnes alios homines, præter Iudæ-  
os, stulte multos statuere Deos, & colere  
eos, quibus ipsi sint multo præstantiores.  
Nam illos simulachra ex lapidibus & lignis  
confecta, habere pro imaginibus eorum  
qui ipsis aliquid ad vitam vtile inuenientis  
atque ita adorare illa, quæ manifestè vide-  
ant omni sensu destituta esse. Iam ut quis  
concedat, ipsis respicere ad facultatem, qua  
tempore inuentionis prædicti fuerunt: hinc  
etiam stultos habendos, quia illi ipsorum  
inuentores non crearint neque produixerint  
quicquam, sed ex creatis & productis quæ-  
dam aut ostenderint esse utilia, aut ad me-  
liorem usum composuerint. Vnde etiam  
hanc ob causam stulte & inaniter agere,  
dum habeant & colant pro dijs sui similes:  
& eo magis, cum inuenire liceat multos etiā  
nunc, qui illis prioribus inuentoribus longè  
sint solertiores & ad inueniendum & ad

intelligendum, quos tamen illi nunquam adorauerint: & tamen interim qui Græcorum talia finixerint & cōmenti sint de dijs, haberi apud ipsos sapientissimos. De alijs

*Ægyptio* verò, aiebat, longè stultioribus quid opus rum idolo est dicere, ut de Aegyptijs & similibus qui latria. ad bestias & multa reptilia, aliaque animalia delapsi, ea venerantur, & ijs tam mortuis quam viuis sacrificant? Hæc ergo singula diligenter contemplatus, vt pote sapiens, & à Deo omnium rerum cognitione instructus legislator noster, circum muniuit nos vallis indissolubilibus, & ferreis mœnibus, vt cum nullis prorsus alijs populis possemus vlla in re commisceri: sed permanentes & corpore mundi, & animo liberi à falsis opinionibus, vnum Deum, & eum potentem supra uniuersam creaturam coleremus. Ex quo Ae-

*gyptiorum sacerdotum de Iudeis sententia.* gyptiorum sacri præsides, postquam multa ex disciplina nostra intentius perpenderant, & inde assumpserant, nos Dei homines appellant: quod ex alijs nemini contingere potest, nisi verum Deum colat. Sed fere alij homines sunt cibi & potus & vestitus, in quo toto animo incumbunt. Nostri verò his pro nihilo habitis, per totam vitam versantur in contemplatione maiestatis & omnipotentiæ Dei. Hinc ergo ne per ullius impietatis communicationem inficeremur,

néve

néve conuersatione improborum deprava-  
 remur, circumsepsit nos legitima sanctitate *Eusebius*  
 & puritate cibi, potus, tactus, auditus & vi- *lib. 8. pra-*  
 sus: nam in vniuersum omnia quæ ipse san- *parat: E-*  
 xit nobis, habent naturalem causam, & ita *uangelica*  
 diuinitus gubernantur: habetque vnum. *cap. 3. non*  
 quodque eorum quo vel abstinemus vel v- *temere ait*  
 timur, cauſſam & rationem profundam. Ex *de rebus*  
 quibus vnum & alterum tibi, exempli cau- *tam par-*  
 ſa, cursim exponam, ne in has abiectas & le- *uis a Mo-*  
 ues de legislatore nostro cogitationes inci- *se perscri-*  
 das, quasi ipſe pro muribus, mustelis & simi- *ptum, sed*  
 libus tantopere sollicitus, talia legibus suis *omnia re-*  
 ordinari: sed ut perspicias, omnia ab ipſo *lata ad ho-*  
 grauiter & sancte instituta esse iustitiae cau- *minū fa-*  
 ſa, ad morum conformatiōnem, & ad ani- *lutem: ha-*  
 mos pijs & sanctis cogitationibns imbuen- *bereque*  
 dos. Nam ex volatilibus, quibus utimur, *omnia ab-*  
 omnia sunt mansueta, & excellunt puritate, *ditam ra-*  
 nutriunturque tritico & leguminibus: vt *tionem.*  
 sunt columbae, turturres, attagenae, perdices,  
 anseres, & id genus alia volatilia: quæ autem  
 nobis sunt prohibitæ volucres, illas inue-  
 nies esse agrestes, carniuoras, in alias violen-  
 tas, & illas mansuetas ad suum nutrimentum. *Quæ nam*  
 diripientes: nec verò illas solum, sed & *Iudeis*  
 agnos & hædos, ipsosque homines & mor- *mūda vel*  
 tuos & viuos, violenta sua rapacitate pe- *immunda*  
 tunt. Ideo eas insigni apposita nota, vocavit *cēfāntur*

immundas: hinc docens, eos quibus tulerat  
 leges, debere etiā in animis suis iustitia vti,  
 nec quenquam potentia & viribus suis fre-  
 tos subiugare, aut re vlla spoliare alios, sed  
 rotam vitam suam instituere & gubernare  
 secundum iuris rationem, ad imitationem  
 & exemplum illorum mansuetorum ani-  
 malium, quæ leguminibus ex terra nascenti-  
 bus vescantur, & nullam vim usurpent ad  
 alia sui generis absumenda. His itaque  
 quasi symbolis quibusdā, legislator voluit  
 ostensem intelligentibus, vt cogitarent se  
 debere esse iustos, & nihil per vim agere,  
 neque fiducia potentiae & virium fuerum  
 alios opprimere. Nam cum non permisit at-  
 tingere iam enumerata animalia propter  
 impetus & inclinationes illas, quas singula  
 habent: quomodo non prorsus iudicauit  
 cauendum esse, ne moribus & vita ad ipso-  
 rum naturam paruersè efformaremur? Ita  
 quæ nobis concedit in omnibus, vt volatili-  
 bus, ita pecoribus, figuratè & ad morum in-  
 formationem statuit. Nam quod præcepit,

*Leuit. 11.*

*Deut. 14.*

pecora geminis & fisis debere esse vngulis:  
 hoc symbolum eò tendit, vt diligenter,  
 prout decet, discernamus actiones nostras:  
 cum enim conatum & totius corporis ro-  
 bur fulciatur, & quasi colligatur in hume-  
 ris & cruribus, hoc signo monere voluit, vt  
 omnis

omnia conaremur & perficeremus cū selec-  
tione, iuxta normā iustitiae: idq; hāc etiā ob  
causam, quia sim<sup>o</sup> magno discrimine sciūcti  
ab alijs hominibus, quorū pleriq; se ipsi mu-  
tuō cōmercio inquinent, cū magna iustitiae  
violatiōe. Atq; de hoc etiā ciuitates & regio-  
ne integræ gloriātur, in quibus impunē est, *Detalibue*  
non solum cum masculis commercium ha-*scribit E-*  
bere, sed etiam puerperas & filias polluere: *piphanus*  
a quibus nos longē sumus sciuncti. Quo *contra*  
autem in loco est hāc distinctionis admoni-*Gnosti.*  
tio, in eo est etiam suo charaktere expres-  
sum memoriae & recordationis præceptum.  
Nam cum dicit, Quæcunque habent fissas  
vngulas, & ruminant: ibi manifestè intelli-  
gentibus proponit signum memoriae: nam  
ruminatio significat memoriam & recor-  
dationem, ac quidem præcipue vitæ & con-  
stitutionis nostræ: & quod vita constat &  
conseruatur per alimenti sumptionem.

## COMMENTARIUS.

**Q**uod autē a carne porcina abstinere lex vo-  
luerit, Moses Ægyptius libro tertio du-  
ctoris dubitantium propter sordes & immundi-  
ciem, quæ Domino Deo per quam ingrata sunt,  
factū esse scribit. Et disertissimus ille Christiano-  
rum Cicero Firmianus Lactantiū lib. 4. di-  
uinorum institutionum cap. 17. A carne in-  
quit suilla quando iussit abstinere Deus, id  
*potissimum.*

potissimum voluit intelligi, ut se a peccatis atque  
immunditiis abstinerent: est enim lutulentum hoc  
animal & immundum, nec unquam cælum as-  
picit, & in terra toto corpore proiectum, & ore  
ventri semper & pabulo seruit, nec ullum alium  
dum viuit præstare usum potest, sicut ceteræ ani-  
mantes, quæ vel sedendi vehiculum præbent, vel  
in cultibus agrorum viuunt, vel claustræ collo  
trahunt, vel onera tergo gestant, vel indumentum  
exnuis suis exhibent, vel copia lactis exuberant,  
vel custodiendis domibus innigilant. Interdixit  
ergo, ne porcina carne vescerentur, id est, ne vi-  
tam porcorum imitarentur, qui ad solam mor-  
tem nutriuntur, ne ventri ac voluptatibus serui-  
entes, ad faciendam iusticiam inutiles essent, ac  
morte afficerentur. Itē ne se fœdis libidinibus im-  
mergerent, sicut suis, quæ se ceno ingurgitat, vel  
ne terrenis seruant simulacris, ac se luto inqui-  
nent. Luto enim se oblinunt, qui Deos, id est, qui  
lutum terramq; venerantur. Sic uniuersa præ-  
cepta Iudaicæ legis ad exhibendam iusticiam  
spectant, quoniam per ambages datae sunt, ut per  
carnalium figuram spiritualia noscerentur: Do-  
ctissimus quoque Clemens Alexandrinus lib. 3.  
pedagogi cap. 11. ideo Mosen porcis vesci prohi-  
buisse affirmat, ut significaret, non oportere eos  
qui Deum colunt, cum impuris hominibus con-  
uersari, qui porcorum instar corporalibus et ob-  
scenis voluptatibus perfunduntur. Porro ea ad  
vescendum induluisse ait, quæ besidam habent  
ungulam.

vngulam, & ruminant: quod bifida vngula iustitiae aequilibriū ostendat, quod ruminat vero proprium iustitiae nutrimentum, id est, verbum, existat: quod extrinsecus quidem ingreditur per catechesim, tanquam nutrimentum, ex cogitatione autem tanquam a ventre ad rationalem reminiscientiam intrinsecus renocatur. Edere igitur lex Iudeos voluit animalia munda, id est, bifida & ruminantia, quod viri Dei cultores, discreti atque iusti esse, spiritaleq; animi pabulum, verbum, in ore semper habere, ac ruminare debeat.

Vnde similiter etiā in Scriptura cohortatur ille qui dicit: Memoria recordator Domini, qui fecit in te magna & mirabilia. Apparent enim illa magna & admiranda, cū re-  
ete considerantur: vt primum ipsa corporis compages, nutrimenti dispensatio, & singularum membrorum sua certa figura: deinde, et multo magis, sensuum dispositio, & mentis vis atque agitatio inuisibilis: tum etiā eius velocitas ad quiduis agendum, & inventio artium in immensum fese extendunt: idcirco iubet nos hæc considerare, & meminisse, quod omnia iam commemora-  
ta virtute diuina, vt sunt condita ita conser-  
uentur. Adhæc etiam distinxit tempora, & pulchrè accommodauit ad perpetuò usur-  
pandam istam recordationem de Deo, om-  
nia

ARISTAEAE

nia gubernante & conseruante. Nam cùm cibus & potus est capiendus , tum statim iubet omnes conuenire & adesse, ad libationes & precationes pias peragendas. Quintam in vestitu nobis indicia & signa illu-

**Num. 15.** stria huius memoriæ tradidit : similiter **Deut. 6.** etiam in portis & ianuis mandauit præcepta Dei affigi, ad memoriam eius habendam. Atque etiam in manibus iubet circumplexum Dei signum expresse & manifestè gestare: quo hoc planè monstrat , omnia esse instituenda & peragenda iustè cum memoria creationis nostræ , & in primis cum timore Dei, qui semper & in omnibus negotijs adesse debeat. Iubet præterea & cubitum euntes, & de lecto surgentes, ex ista mente humanæ ine comprehensibili vicissitudine, & alteratione somni & quietis, considerare, & quidem diligent animi contemplatione, motiones & vices ac successiones in operibus Dei.

**Semper  
Dei opera  
esse medi-  
tanda, do-  
cuit Ense-  
bius lib. 8.  
cap. 3. præ-  
par. Euau-  
gelice.** Ostendi ita tibi in expositione vngularum fissarum & ruminatiois, præstantiam oraculi legitimi, de distinctione, delectu & memoria, ut videres non temerè ista , prout in animum inciderint , à legislatore nostro constituta esse, sed ad veritatis & rectæ rationis declarationem. Atque ut de esu & de cibis disposuit, ita etiam de singulis quæ ad tactum

**Præcepta  
de tactu  
& auditu**

tactum & auditum pertinent, diligenter  
præcepit: iubens ut nequeageremus, neque  
audiremus quicquam temerè: neque etiam  
orationis facultate confisi, ad iniusta delabe-  
remur. Horumque rationes & causas simili-  
ter in naturis bestiarum, quas prohibuit, est  
inuenire. Nam mustelæ & murium, & id  
genus aliarum bestiarum quæ sunt prohibi-  
tæ, natura est damnsa, & ad nocendum  
prona. Mures enim omnia vastant & cor-  
rumpunt, non solum quantum ad ipsorum  
nutrimentum attinet: sed etiam, quia quæ  
inuadunt, illa omnino corrumpunt, & red-  
dunt homini inutilia. Et mustelæ natura est  
peculiaris, quia hoc animal præter iam com-  
memoratam nocendi inclinationem & fa-  
cilitatem, hoc etiam proprium habet, ut au-  
ribus concipiat, ore vero pariat fœtum su-  
um. Quo significatur, hanc naturam &  
consuetudinem hominum esse impuram,  
qua quæ auribus percipient, verbis exag-  
gerata efferant ad alios Malis inuoluen-  
dos, inquinantes in hoc se immundicia  
non leui, dum planè impietatis fœditate  
contaminantur. Ex quo præclarè Rex ve-  
ster facit, qui (ut accipim') hoc genus homi-  
num supplicio solet afficere. Hicego: Tu vi-  
deris mihi loqui de delatoribus, nam hos il-  
le tormentis & supplicijs capitalibus, ijsque  
Hac ant  
mantia  
prohibita  
sicut inn  
tilia sunt,  
ita nihil  
perperam  
et iniuria  
sed dicero  
vel facere  
permittis  
lex.  
Eusebino.  
acerbis

*Delatores acerbis prosequitur. Tum ille: Hos ipsos & apud Aegyptios caliterata aliorum hominum pernicies. Nostra capitaliter vero lex iubet, ut neminem neque dicto puniri.*

*Veris rerum indicijs nos Deus ad iustitiam conuertit Eusebius.*

*Animalia sacrificari solita cunctismodi. Mūda & mitias sacrificari Deus ins-*

*cibis, & quæ de bestijs sunt tradita, omnia spectant eò, vt iustitia excolatur, & hominum societas & conuersatio sit iusta. Mihi itaque videbatur singulorum rationem pulchrè exposuisse: nam dicebat etiam de vitulis, arietibus & hircis, qui offerrentur, quos omnes ex gregibus & armentis deligunt, ut honestam mansuetos, & nihil prorsus quod ferum mines mū & indomitum esset mactarent: vt ne sacrificium & cantes ex legislatoris ordinatione alicuius mansuetu elationis & superbiae ansam arripere, & fibidinē Deo adscribere possent, eo quod sacrificans omnipacere nino faciat oblationem pro animi sui affectu discerent: Etione. Atque haec fuerunt tractata in collo- Eusebius. cutione, memoratu (ut ego puto) digna: que tibi*

tibi Philocrates, propter studium tuum singularē cognoscendi res viles, non potui nō exponere: vt cognosceres legis illius maiestatem, sanctitatemque: & mentem in natura rerum reconditam. Nunc ad institutum.

Eleazarus peractis sacrīs, & adornatis regi munēribus, dimisit nos cum securitate serius alii itineris. Postquam autem peruenimus Ale- quid actus xādriam, nunciatumquē esset Regi, nos ad- ri Indei uenisse, Andreas & ego statim vocabamur prius fa- in aulam: & Rege comiter salutato, obtuli- crifitārūt.   
 imus ei literas Elezari. Qui cum valde cu-  
 peret secum habere viros illos missos, man-  
 dauit, reliquos omnes qui negōciorum cau-  
 sa adessent sedecere, & illos vocare: quæ res  
 vt inusitata, mouit omnibus admirationē,  
 quia hoc in more erat, vt qui ob priuatum  
 aliquod negotium venissent, quinto de-  
 mum die in conspectum regis peruenirent:  
 qui verò à regibus & ciuitatibus præstanti-  
 bus missi essent, illi ægrè post triginta diēs Vincen-  
 in aulam admitterentur. Hos autem viros tius lib. 6.  
 maiori iudicans honore dignos, & respici- cap. 16. pu-  
 ens etiā ad excellentiam eius, à quo missi tat quinto  
 essent, remotis qui viderentur debere abe- primum  
 se, deambulanſ expectabat, donec aduenien- die ad Re-  
 tes salutasset. Quos quidem ingressos cum gis collo-  
 munēribus missis, & varijs pellibus, in qui- quium ve-  
 bus lex aureis literis lingua Iudeorum per- nisse.

scripta erat, quā nōq; membranę mira arte  
elaboratæ erant, & ita compositæ, vt oculis  
discerni non posset eārum compositio,  
Rex vt vidit, de libris interrogauit . Qui  
postquam illos inuolutos reuelassent, &  
membranas explicuisserint: ille diu subsistēs,  
cum adoratione ferē septies ita est locutus:  
*Salutatio Regis interpres facta.* Gratias ago vobis, viri, sed maiores ei, qui  
vos misit: maximas verò Deo illi, cuius hæc  
sunt oracula. Hæc vnamiter approbanti-  
bus, voceque una & illis qui aduenerant, &  
qui cum Rege erant dicentibus, Bene rex  
facis, ille repletus gaudio, lachrymas effun-  
dere coepit: quia animi vehemens inten-  
tio ob aliquam rem magnam & glorio-  
sam, quæ exoptata contigit, solet elice-  
re lachrymas. Hinc iussit illos in ordinem  
offerre & seponere volumina legis, hocque  
facto, salutans exceptit illos, & dixit : Re-

*Ob libros* & tunc erat, viri pietate insignes, me primū  
legis vaca-exhibere honorem illis, ob quæ vos accep-  
rat sapiē-sui huc : deinde vobis præbere dextram:  
tes: ergo ideo illud prius feci. Hic autem dies in fin-  
prius li-gulos annos per totam vitam meam erit  
bros hono-michi solennis & magnus; quia & vos illo  
randos ad me venistis; & eodem die, quo ego nau-  
duxit. li aduersus Antigonom prælio victoria sum  
potius: ideo volo hodie vobiscum cœnare  
Iussitque suo conuenienti ordine & mo-

do conuenire & adesse omnes magnates & potentiores suos : interque eos nos quoque , cupidos & paratos . Diuersoria verò, in quibus illi seniores quiescerent & morarentur , mandauit illis quæ Iosephus proximè arcem decentissima essent dari, legit, in & simul quæ ad conuiuum attinerent a- arce. dormari.

Nicanor autem , medicorum princeps; Nicanori accessitum Dorotheum , cui hoc munericum commissum erat , iussit effectam curare singulorum adornationem , nam ita à Rege ordinatum fuit , quod nunc etiam cernis , ut quot essent ciuitates , quæ suppeditarent ea quæ ad cibum , potum & lectisternia attinerent : tot essent etiam præfecti eorum , qui exercitati & assuefacti , cum qui ad Regem venissent , pro more omnia adornarent sine omni molestia & mora : id quod etiā circa hos hospites est factum . Nam Dorotheus , homo diligentissimus , illis præerat : qui curauit omnia sibi commissa , & ad huiuscmodi exceptiones destinata , expandi & substerni , & iuxta Regis voluntatem sessionem etiam in duas partes diuisit . Nam rex voluit medium partem illorum virorum ante se discubere , reliquos post suum solium : nihilq; intermittentum putauit , quod faceret ad honorandos illos viros .

Conuiuij  
adornatio

Singuli  
more , &  
cibis pa-  
trijs exci-  
piebatur-  
ne ob mu-  
tationem  
dieta agro-  
tarent.

Iosephus.

*Primi diei conniuinum.*

Postquam autem discubuisserent, iussit Dorotheum omnia petagere pro more illorum, qui ex Iudaea aduenire soleant: is ergo sacros præcones, sacrificatores, & alios quisoleret peragere precationes, accersiuit. Verum illi Eleazarum seniorem sacerdotem ex illis qui aduenerant rogarunt, ut faceret vota. Qui cum conuenienti reuerentia stans dixit: Rex, impleat te Deus omnipotens omnibus illis bonis quæ creauit: detque & efficiat ut ea tu, vxor, liberi & amici habeatis per omne vitæ tempus affluentia & firma. Ad hæc ab illo dicta excitatus est magnus applausus, cum clamore & exultatione, qui satis diu durauit, hinc conuersi sunt ad oblectandum se illis quæ apparata erant.

*Vota & precatio-nes Iudeo rum, ante coniuiniū.*

Tum ministri omnes, ex Dorothei præscripto & ordinatione ministrantes, expediabant sua officia. Inter quos etiam regij pueri erant, quique apud Regem in magno habebantur honore.

Ibi Rex captata occasione, sedentibus illis ordine secundū ætatem, eum qui primū locum in sessione habebat, interrogauit.

### COMMENTARIUS.

*QVÆSTIONES SEPTVAGIN-*  
*taduo à Rege in coniuinio Interpretibus pro-*  
*positæ, ad quas illi pruden-*  
*ter responderunt.*

*Quis*

**Q**via difficultissimum est, recte imperare, ut  
questione vigesima prima aperietur,  
multarumq; rerum cognitione opus est  
ad bene gubernandam rem publicam: sic circa mag-  
ni Principes gravioribus de rebus libenter viros  
doctos differentes præcipientesq; audiuerunt.

Alexandrum Magnum decem sapientibus  
Indoru, decem questiones proposuisse, Clemens  
Alexandrinus libro sexto Stromatū affirmat.

Quod vero Ptolomaeus Rex has questiones,  
partim de cognitione Dei, partim quoq; de regni  
administratione, septuaginta sacra scriptura in-  
terpretibus proposuerit: et quod singuli, tam Regi  
quam reliquis Aegyptiis cumulate satisfecer-  
int: testatur Iosephus lib. 12. Antiquitatū, cap.  
2. & Vincentius lib. 6. Speculic cap. 17.

### QVAESTIO. I.

Quomodo regnum incolue ac saluum  
retineret usque in finem.

### RESPONSIO.

Si in tota gubernatione tua Dei æquita-  
tem, mansuetudinemque imiteris: extollas-  
que & honores, ut par est, dignos; mansue-  
tudine vero & longanimitate indignos ab  
improbitate ad pœnitentiam perducas.

### COMMENTARIUS.

**O**mnia ferè philosophorum, qui de gubernanda republica differuerunt concors son-

cepti sunt

tentia est: quod duabus potissimum rebus & domus singulae, & urbes, et imperia conserventur: laude nimis præmioq[ue] bonorum, & improborum pœna. Solon enim unus e septem sapientibus Græcia, illam ciuitatem, quam optimè habitari aiebat, in qua viri boni honoribus afficerentur, & improbi pœna. Antistenes vero id ciuitates perdere dicebat, cum nullum in ijs esset bonorum & malorum discrinse[n]t. Euripides quoque: Multæ, inquit, ciuitates in hoc laborant, quod qui bonus & strenuus vir est, nihilo plus quam deteriores accipit. Marcus etiam Cicero: Legibus, ait, proposita sunt supplicia vitijs, & virtutibus præmia: nec enim res publica nulla, nec domus stare potest, si in ea nec rectè factis præmia extent nulla, nec supplicia peccatis.

*Vide q. 6<sup>r</sup>* Quanquam vero clementia & benignitas in primis commendatur in Principe, ut Uopiscus in Auidio, & Lampridius in Alexandro pulcherrimè demonstrant, & benefacere ac prodesse proprium principis munus est, auctore Chrysostomo: tamen publicæ tranquillitatis gratia sic clementiam severitate temperare oportet, ut omnibus in suo officio satisfiat, & alij benevolentia quadam ad virtutis studium servetur: alij bonis rationibus & acrimonia permoti, resipiscant. Prudenter quidem & humaniter prius male admonescantur:

*Vide q. 4.* Homilia 32. in a- Etus apo- stolorum.

Si verò nec optimis legibus rationibusq; , nec saluberrimis admonitionibus vel in officio retineri, vel ad mentem revocari, postquam semel aberrauere, possint : magnitudine pœna à maleficio submouendi sunt. Magna enim peccandi illecebra est. teste Cicerone, peccandi licentia & impunitatis spes. Quod autem Dei exemplo Vide q. 4. utitur, id pulchre declarat Plutarchus: quod & 6, nimirum di eos diu in sceleribus vinere permittant, quos sciunt aliquando penitentium acturos: quos verò inmedicabiles esse cognoscunt, statim rescindant, vitaq; deleant.

Misericordia enim & veritas custodiunt Proverb.  
Regem, & roborabitur clementia thronus eius. 20.

Pulchrum profecto, & hoc nostro tempore per quam necessarium est, quod olim Agapitus ad Iustinianum Imperatorem perscripsit: Æqualis peccati reputa, iniuriam facere, & non prohibere: nam in republica eis qui recte vivat, si tamen ad cinium suorum iniurias conuiuet, apud Deum scelerum omnium socius indicatur. Quare si duplice nomine probari vis, da operam, ut te Principe & pulcherrimis virtutibus sint proposita premia, & sceleratis factis supplicia. Quod iisdem ferè verbis apud Gratianum in cap. facientes distinct. 86. & Sylvium in librum primum Panormitani de gestis Alfonsi regis repetitum extat, & à Cicerone libro primo

G + officiorum

officiorum, his verbis cōfirmatur: Quinec defen-  
dit, nec obſtit, ſi potest, iniurie, tam est in vitio  
quām ſi parentes, aut amicos, aut patriam deſe-  
rant. Id cum in omnes Reges quadret, qui ad hoc

In cap. 13. p̄cipue eliguntur, teſte Ambroſio, ut vitam  
epiſt. ad corrigant, et prohibeant aduersa: tum vel maxi-  
Romanos, mē principibus ecclesiasticis conuenerit, qui ad hoc  
Vide q. 17 honorum ſuffragiis eligitur. ut boni pastores ſint,

& animam ſuam ponant pro ouibus ſuis. Nullum vero crimen patitur is, qui non prohibet, cū  
prohibere non poſſit. L. nullū crimen, ff. de regul.

Iur. Minime tamen hic prætereundum eſt, quod  
illi imperium florentiſſimū ſemper conſeruarint,  
& ad posteros quoque tranſmiferint, qui ſynce-  
rum Dei cultum, veramq; & orthodoxam re-

ligionem præcateris omnibus rebus conſeruarint  
atque defendent: contra vero faciētes, omnibus  
malis & grauiſſima optimarum rerum pertur-  
batione repleuerint: ſicut historiarum ſcriptores

vno ore loquuntur, & ſacré veteris testamenti  
scriptura aperte testātur, ac Aeneas Sylvius in  
rengno Bohemico declarat. Vnde Chrysostomus in

caput primū Matthæi: Notandum, inquit, eſt,  
quod quicumque Regum placherunt Deo, diu-  
nius regnauerūt, & proſperati ſunt, & inimicos

Prouerb. eorū humiliauit Deus ſub manibus eorum. Quia  
22. propter Salomō iam diligēter p̄cipit, ne trans-  
grediantur terminos antiquos quos posuerūt pa-  
tres eorū. Et Isocrates ad Nicocleē regē: In deorū  
cultu ita facito, quemadmodū, à maioribus pra-  
ſcriptum.

scriptū est. Hinc et Iustinus Tiberio Imperiū tra- Nicephō  
diturus: Honora inquit Deū, & Ecclesiam eius, r̄us lib. 17.  
olim quide heram & dominam, nūc vero matrē c. p. vlt.  
tuam. Diligite ergo sapientiam o Reges populi, ut Sapientia  
in eternum regnetis. Dei profecto numine, consi cap. 6.  
lio, voluntate regna nascuntur, augentur, atque  
retinentur: eius mente aq, ratione gubernantur,  
eius ope & auxilio fulciuntur: eius denique of-  
fensione labuntur, & concidunt, atque delentur.  
Princeps igitur qui vult munere suo persungi,  
commissumq, sibi Imperium aptè moderari: hoc  
staurare cogitur, omnem regni feliciter admini-  
strandrationem, numinis placatione, atque Dei  
cultu contineri. nihilq, maiori studio sibi procu- Vide 128.  
randum, quam ut toto animo in religionem in- epistolam.  
cumbat: & castissimis precibus Dei opem efflagi- Basiliy.  
tei: omne tandem officium suum esse in religio-  
nis sanctissimae rationem conferendum. Rex enim,  
si verè regis nomen obtinet, cum id spectare te-  
neatur, ut ciues beati sint, & respublica florens:  
nihil profecto illi tanta cura prouidendum est,  
quam ut omnes Deo pietatis cultu, fidei q, sancti-  
tate deuiciat, atque omnium animi religionis  
et sanctitatis disciplina imbuantur. Et vix quic-  
quam magis ad boni Principis officium pertinet,  
quam conservanda & instauranda veræ religio-  
nis studiū. Quod intelligens David, statim regnū  
adeptus de reducenda arca, et extruendo templo  
piam cogitationem suscepit: 2. Reg. cap. 6. & 7.  
Recte q, pronunciat Psal. 104. Dedit illis regiones

gentium, & labores populorum possederunt, ut custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant. Nam propterea isto loco sunt à Deo collocati, ut rem publicam suam, cætusq; hominum theantur, & in vera religione sinceroq; cultu recineant.

Quicunque ergò regni & reipublicæ tuendi, & conseruandi studio flagrant, immortaliq; gloria circumfluere concupiscunt, non tam quid suave atq; incundum videatur, opibusq; firmidis cōneniat, quam quid gloria C H R I S T I, quid diuinalex, quid ratio sanctissimæ religionis postulet, cogitandum est. Omnes verò qui deliciaas, voluptates, opes, religioni anteponunt, dignitatemq; suam dignitati C H R I T I preferunt, ne aliquod pro Christo eiusq; sponsa Ecclesia, & religione catholica periculum adeant: in maiores adhuc calamitates ferè incident, quāne subirent, Christi gloriam hominiū flagitijs immixti, et obscurari permiserunt. Iusto enim Dei iudicio sepissime fit, ut qui suam gloriam, gloriae Dei anteponit: omni dignitate spoliatus intereat. Contrà verò qui præ Christi gloria opes atq; dignitatem contemnunt: illi summas opes, & dignitatem multis ornamenti amplificatam consequuntur: Christi ope atq; auxilio rem publicam præclarè gubernant, omni ornamenti genere illustrat, perturbatam constituunt: summū Deū, qui nunquam rēs suorum negligit, sibi patrum adoptant: atque ita longe firmiore præ-

dio opes suas & dignitatem sepiunt, quam si se  
maximo & fortissimo exercitu sifparent, ut  
questione 8. 16. 17. fusus aperietur. Quod vero  
mali quadam prudetia et mansuetudine ad pa-  
nientiam reducendi, non statim ex iracundia et  
furore opprimendisint, pulchre q. b. aperietur.

## QUAESTIO II.

Quomodo recte omnia institueret per-  
ageretque?

## RESPONSIO.

Ita demum singula recte perages, si quod  
iustū est erga omnes conserues, persuadeasq;  
tibi omnē cogitationem Deo notam esse: &  
in primis, si cum Dei timore omnes actio-  
nes tuas inchoes, nusquam aberrabis.

## COMMENTARIUS.

**Q**via superiori questione didicerat, uni-  
cuius pro suis meritis necessario tribuēdū  
esse que virtus, uno nomine iustitia voca-  
tur: nunc quo potissimum id modo fieret, ex vera  
Hebreorum philosophia discere cupit. Est enim  
ista virtus omniū ferè reliquarū domina et regi-  
na, sine qua nec illi quidē, qui scelere et maleficio  
pascuntur, ut Cicero in officijs loquitur, possunt vi-  
nere. Quā si exerceretur, nec fortitudinē requiri-  
Agefilans aiebat. Veteres ita loquuntur et docent,  
absq; iustitia principatū recte gerere, ne Iouē  
quidē ipsum posse. B. Augusti. li. 4. de ciuit. Dei,  
c. 4. scribit: Remota iustitia, quid sunt regna, nisi  
magna latocinia? Abominabiles, inquit, Salomō

Prouerb.

Prouerb.16. Regi, qui agunt impie: iustitia fir-  
matur solium. Corona dignitatis senectus, qua  
in vijs iustitiae reperietur. Quod autem Prolo-  
meus rex iustitiae studiosus fuerit, & iniustitiae  
osor, ex epistola quam ad Eleazarum dedit per-  
ficitur: ubi significat, sese iniuste oppressos Iu-  
stidos multo auro redemisse. Quare & Eleazarus  
eum in sua epistola Regem iustissimum vocat. Iu-  
stitiamq; Principibus summoperè necessariam  
esse, 15. etiam responderet. Quomodo nihil indignū  
ageret, 14. 16. 18. 38. edisserunt.

### QVAESTIO III.

Qualiter accipere & retinere posset, sibi  
animis consentientes amicos.

### R E S P O N S I O.

Si videant te magnam curam habere  
subditorum: quod tu ita facies, si confide-  
res, quomodo Deus humanum genus adiu-  
uet, qui valetudinem ipsis, alimenta, vi-  
ctum, cæteraque omnia in tempore suo pre-  
parat.

### C O M M E N T A R I U S.

**Q**uoniam Princeps, Dei quedam imago esse  
apud veteres prædicatur: non abs re Iu-  
deorum sapientes Regem crebro ad Dei exem-  
plum reuocant. Vehementer id Regi ciues conci-  
liat, amicosq; plurimos facit, si operā det, ut res-  
publica sit quam florentissima, beatissimiq; ci-  
ues: si declaret, prodesse omnibus, paucissimos  
badere velle: si nulla pro communibus cont-  
medit.

modis pericula, nullas inimicitias, tempestates, clades subire detractet. Si talem se gerat erga suos cines, qualē ipse Regem desideraret. Si benignus, & clemens, affabilis, comis, iustus, aequusq; siet. Vehementer enim populus permouetur, authore Cicerone libro 2. officiorum, sermone blando, & oratione benigna, liberalitate, affabilitate, iustitia, morumq; facilitate.

Alphonso Aragonum Regi incredibilem autoritatem, maximumq; fauorem comparasse scribit Panormitanus, quod non verbis tantum, sed re ipsa declarabat, velle quidem se pro republica, si tempus postularet, pro amicis, pro ciuiis, opes vitamq; profundere. Cumq; increbuisset, eum agasoni cuidam, ut asinus ex luto retraheret, proprijs manibus opem tulisse: multos feroces populos una illa re, quæ summa pietatis & maximi erga subditos amoris argumentum erat, sibi conciliavit.

Quām necessarium vero Principi sit, ut beneulos atque amicos ciues habeat, 23. & 53. docebunt. Verum quidem hoc est: Vulgus amicitias utilitate probat: sed inquis artibus acquirere quod largiatur, non licet: & alteri eripere quod alteri detur, iniustum atque indignum est. Vnde Cicero libro 2. officiorum: Nulla re conciliare facilius benevolentiam multitudinis possunt iij, qui reipublica præsunt, quām abstinentia & contentia. Qui vero populares esse volunt, ob eamq; causam aut agrariam rem ientant, ut possessores pollue-

pellantur suis sedibus, aut pecunias creditas condonandas creditoribus putant, iij labefactant fundamenta reipublicæ: concordia primum, quæ esse non potest, cum alijs adimuntur alijs condonantur pecunia: deinde æquitatem, que tollitur omnis, si habere suum cuique non licet. Atque in hac pernitia reipublicæ ne illam quidem consequentur quam putant gratiam. Nam cui res eripitur est inimicus: cui datur occultat sum gaudium, ne videatur non fuisse soluendo. Nec si plures sint illi quibus improbè datum est, quam iij quibus iniuste ademptum: sic circa plus etiam valent: non enim numero hac iudicantur, sed pondere. Ac propter hoc iniuria genus Lacedemonij Lysandrum Ephorū expulerunt: Agin regem, quod nunquam ante apud eos acciderat, nec auerunt. Quid? nostros Gracchos Tyberij Gracchi summi viri filios, Aphricani nepotes, nonne agrarie contentiones perdi-

Vide q. 23 derunt: Philippus Magnus Macedonia rex Alexandrum filium verbis castigasse legitur, quod muneribus sibi quosdam conciliare nitetur. Eosne, inquiens, tibi fideles fore putas, quos pecunia corrumpis, ut scribit Cicero libro 2. officiorum. Similia refert Ambrosius lib. 2. officiorum cap. 23. & 24.

Similia ergo necessarium erit, ut institiam continentiam, virtutesq; reliquas sibi amicos reddat: ac seipsum regere discat, quod 17. & 21. respondent: & infinitos homines arctissimo amo-

## HISTORIA.

in

*ris vinculo procul dubio est brevi accepturus.*

*Nam humanitate & benevolentia atque  
virtutibus non amicos tantum, sed diuturna  
etiam Imperia acquiri probat Ambrosius lib.  
2. officiorum cap. 7. 9. 22. 23.*

## QV AESTIO III.

*Quomodo in iure dicendo, ferendisque  
sententijs, laudem & approbationem conse-  
queretur, etiam apud illos, qui voti sui com-  
potes non fierent.*

## R E S P O N S I O.

*Si omnibus te equum præbueris, & nihil  
vel superbè, vel protua potentia egēris con-  
tra delinquentes. Hoc autem ita facies, si Del  
gubernationem constitutionemque obser-  
ues: qui dignis vota sua perficit: quos autem  
votorum suorum participes fieri non vult,  
illis aut per insomnia, aut factis & actioni-  
bus ipsis ostendit, ipsorum vota esse noxia:  
neque eos vel pro ipsorum delictis, vel pro  
sua potentiae magnitudine affigit, sed equi-  
tate erga omnes vtitur.*

## C O M M E N T A R I V S.

*Q*ualiter iustitia, atque virtutes Princi-  
pi benevolentiam concilient, questione  
precedenti dictum est. Quod in causis  
djudicandis, et iure dicundo recte versari oportet,  
questione 72. aperietur. Nunc de paenit dis-  
ciplinaq; pertractabo. Praeternit illud Isidori  
apud

apud Gratianum distinct. 4. Factæ sunt leges, ut  
earum metu humana coercentur audacia, tutaq; sit inter improbos innocentia, & in ipsis impro-  
bis formidatio suppicio refrenetur audacia, &  
nocendi facultas. Nam:

Oderunt peccare boni virtutis amore:

Oderunt peccare mali formidine pœnae.

Grauissimeque rem publicam perturbat, bonisq; omnibus nocet, qui malos non puniit, ut questione prima declarauit. Ideoque Boërius inter princi-  
pias seditionum causas refert, si peccata manen-  
tiant impunita, in tractatu de seditionis. Chrysip-  
pus os, & oculos, vultumq; iustitiae severis at-  
que venerandis verborum coloribus depinxit.  
Facit quippe imaginem iustitiae, fieriq; solitam  
esse dicit a pictoribus atque rhetoribus antiquis,  
forma atque filo virginali, aspectu vehementi &  
formidabili, luminibus oculorum acribus, neque  
humilis neque atrocis, sed reverenda cuiusdam  
tristitia dignitate. Quod iudicem, qui iustitia  
antistes est, oporteret esse grauem, sanctum, severum,  
incorruptum, inadulabilem, contraq; improbos  
immisericordem, atque inexorabilem, erectum,  
arduum ac potentem, vi & maiestate equitatis  
veritatisque terrificum. Recte virgo pingitur  
iustitia, ut incorrupta sit, & nequaquam conce-  
dat maleficiis, nec blandis sermonibus moueat, ne  
deprecationes, laudem vel adulationem ad-  
mittat: sed que constantem habeat vultum, in-  
tentum, ut impis terrorem, probis fiduciam  
inyciat

iniciat. Sicut Paulus Apostolus ad Romanos cap. 13. scribit, magistratum gestare gladium ad laudem atque defensionem bonorum, & poenam malorum.

Esi delicatores quidam philosophi, teste Anulo Gellio lib. 14. Noctium Atticarum cap. 4. sanitiae istam imaginem esse, non institiae dixerunt. Veteres Romani octo praecipua suppliciorum poenarumq; genera habebant: damnum, vincula, verbera, taliones, ignominiam, seruitorem, exilium, moriem. Quibus ut in improbos animaduerterent, tribus maxime causis adducebantur. Quarum prima à Græcis γενέσιν vel κόλασις dicebatur, que castigandi emendandi gratia sit, cum poena adhibetur, qui fortuito deliquerit, ut attentior fiat correctiorq; eam Plato in Protagora ιυθύν directionem, reductionemq; in viam nominat. Altera causa poenarum erat, ut dignitas auctoritasq; eius qui iniuria afficiebatur, conservaretur: ne prætermissa animaduersio, contemptum eius pareret, honorem ve elenaret: quam speciem Græci propterea τιμοφίαν, quasi honoris conservationem, dixerunt. Tertia ratio vindictæ fuit, que propter exemplum assumebatur, ut ceteri à similibus peccatis, que prohiberi publicius interest, metu cognitæ poenæ deterrenerint, que Græcis προφάδειγμα nominatur. Iccirco veteres nostri, inquit Gellius lib. 6. cap. 14. exempla pro maximis gravissimisq; poenis dicebant. Clementina

H      prima

prima de officio ordinarij Episcopis mandatur,  
ut clericorum vitia corrigant: ut & delinquentes  
fiant meliores, & alij à flagitijs metu poena de-  
terreantur, nec res publica detrimentum capiat.  
Recte vero admonet Salomon Proverb. 13. alijqz  
multis in locis, ut omnia prudenter & cū consi-  
lio agantur. Isocrates Nicoclem hortatur, ut nō  
seuitia & atrocitate puniendi, dignitatem suam  
tueri studeat, sed ut omnium saluti consulere  
videatur, poenas semper commissis minores irro-  
get. Agapitus Iustiniano prescribit, ut & am-  
bilis & terribilis sit, & quasi per medium in-  
grediens, nec maiestatem suam amitteret nimia  
um amando, nec amorem nimia seuitia perderet:  
nec amabilis facilitas in contemptu, nec in odii  
seueritas abiret. Fronto enim dixisse fertur: Ma-  
lum esse, illum imperare, sub quo nemini quic-  
quam concederetur: sed loge peius sub eo vincenti,  
sub quo esset maxima licentia quibuslibet: opti-  
mum vero sub quo optima ratio inste clementer.  
qz seruaretur. Ea enim facit, ne intempestivus,  
quis comoueat, aut sapius quam necesse est:  
nec ex odio vel inuidia, aut priuato affectu alios  
sine ratione excarnificet, ad aliorum peccata  
conniveat: taliterqz se gerat, ut omnes intelli-  
gat, eum iniitum ad supplicia accedere, ac me-  
deri maluisse quam praescindere. Vnde Cicero  
lib. 1. officiorum: obiurgationes nonnunquam sunt  
necessarie, in quibus utendu est fortasse, & vocis  
contentione maiore, et verboru granitate acriore.

Id

Id agendum est, ne ea facere videamur irati: sed  
 ut ad uerendum & secundum, sic & ad hoc ge-  
 nus castigandi raro iniitiq; veniemus: nec un-  
 quā nisi necessario, si nulla alia reperiatur me-  
 dicina. Sed tamen ira procul absit: cum qua ni-  
 bil recte fieri, nihil consideratē potest. Magna  
 autem parte clementi castigatione licet uti, gra-  
 nitate tamen adiuncta, ut severitas adhibeatur,  
 & contumelia repellatur. Atq; etiam illud ip-  
 sum, quod acerbitas habet obiurgatio, significā-  
 dum est, ipsius id causa qui obiurgatur susceptū  
 esse. Basilius Magnus aliquando rogatus à Do-  
 mitiano, ut pro ipso apud Andronicū Duce, in epist. 164  
 quē deliquerat, intercederet: huismodi literas  
 dedit: Magnanimitū simul ac humānū in statuēdo  
 animaduertendoq; in ipsum te esse supplicamus.  
 Nā reluetantes quidē subingare; fortis est et re-  
 uera Principis, succumbentibus verò benignum  
 atq; māsuētū esse, cuius est, qui magnanimitate et  
 mansuetudine oēs excellit. Rur sus q. 50. et 51. fu-  
 se explicata, docet, oportere taliter ad corrigendū  
 accedere, ut ex amore et studio sanādi, odioq; sce-  
 leris, nō hominis, nec vindictae appetitu fieri cog-  
 noscat. Talis quoq; pœna adhibeatur, quæ omniū  
 maxime à scelerē homines deterreat, et à qua in  
 primis abhorret. Sicut Cicero li.3. de legib. Noxa  
 semp pœna par esto: et i suo quisq; vicio puniatur:  
 vis capite, auaricia multa, honoris cupiditas  
 ignominia sanciatur: contraria cōtrarijs curētur.  
 Cū dolore aptatur pars corporis, etiā q; putant

& diu tractatur si possit sanari medicamentis: si non potest, tunc a medico bona absconditur. Sic Episcopi, ait Amilrosius lib. 2. officiorum cap. 27. affectus boni est, ut optet sanare infirmos, serpentia auferre ulcera, adurere aliqua non abscondere: postremo, quod sanari non potest, cum dolore abscondere.

Prius admonovere, terreri, & fortasse sepius, peccantes Dei exemplo, conuenit, ut tam hic & quam b. respondeat & scriptura sacra Iosue capite 22 declarat. Quidam enim significabatur, ultra Iordanum redireas tribus, ingens altare ad falsam religionem extruere: misit ad eas Iosafat, qui rem cognoscerent, admonerent quoque illos officij, ac hortarentur, ut a tam nefario instituto mature desisterent, alioqui futurum, ut contra ipsos arma caperet: Quod certe memorabile & elegans exemplum est, ne omni rumoris statim credatur: omniaq; prius, Dei more, tententur, quam armis decertetur. Massilienses, auctore Valerio lib. 2. cap. 1. gladium quo noxi ingulabantur, à condita urbe afferuabant, rubigine exesum, & vix ministerio sufficientem: sed indicem severitatis maiorum: Peccata manere impunita non expedit reipublicae, & melius est, in unum, duos, tres, animaduertere, eosq; brevi tempore tristitia afficere, quam ut illi ipsi semper in cruciatus reseruentur, & tota res publica inficiatur, sive libri 1. officiorum scholasticorum cap. 29. pluribus verbis ex beato Chrysostomo:

sostomo, & reliquorum SS. Patrum atque philosophorum scriptis demonstrauit.

Imo aliqui quod scelera non punirent, ipsi à Deo graniter siccirco castigati fuere, ut Heli 1. Reg. 2. & Saul 1. Reg. 15. exempla testantur.

Curandum tamen est, ne leuitas & bonis obfit, & malos deteriores reddat: sed cum severitate temperetur: & qui benignitate allici noluerunt, timore ab impietate deterreantur. Moses vir mitissimus fere triginta milia impiorum hominum uno die trucidari curauit. Exod. 32. Phinees, quid flagitosos vlcisceretur, iram Dei auerit. Numer. 25. Samuel leuis Propheta, Agag impium concidit in frusta coram Domino, 1. Regum 15. Latabitur victus cum viderit vindictam Psal. 67. Sed nimia sauitia tyrannidem sapit, nimisq; seueri atque duri Principes crebro fortunas, Imperium, vitam perdiderrunt. Filius Salomonis Roboam, quia nihil de patris sauitia remittere volebat, populoq; Israel respondit: pater cecidit vos flagellis, ego cedam scorpionibus: præcipuum regni partem amisi.

3. Reg. 12. Quocirca præclare Tiberius Augustus Maurium Imperatorem hortabatur, apud Nicephorū lib. 18. cap. 6. Apibus natura duces dedit, earumq; regem aculeo quasi spontanea & naturali quadam potestate armanit: ut pungere etiam cum possit, qui legitime non pareat: nec tamen apis tyraunicum, sed iustum. & cōmodum communi utilitati aculeū habet.

Verus Samaritanus Christus Iesus, in curando homine, qui à latronibus vulneratus erat, oleum simul & vinum usurpanit, Luce 10.

Libri primi Regum cap. 25. Abigail, prudenterissima fœmina, prædicatur, quod impium Nabal maritum suum obiurgatura, cum vesperi illum videret ebrium, expectarit in alterum diem, dum vinum digessisset.

Sic loci, temporis, delicti, personarum, in puniendo rationem habere oportet. Et principijs obstandum est. Omne malum naſcens facile opprimitur, inueteratum plerumq; fit robustum, alijs publicè, alijs priuati puniantur. Maiore supplicio dignus est, qui fortuitò, & scel, aut rairissimè deliquit, quam qui petulanter, & ex maleſitio consuetudinem facit. Nobiles peccantes, duplii pœna dignos iudicat Philo, libro de creatione principis: quod & male agant, & maiores suos viijs dedecorent. Sed Panormitanus de Alfonso rege narrat lib. 2. capite. 19. quod in nobilem quendam virum, leſe maiestatis reum, tacito iudicio, preter morem animaduerterit: ne aut scelus maneret impunitum, nec unius hominis perfidiā, tam nobilis familia notam infamia incurreret. Et Iure nunc constitutum atque moribus receptū est, Nobiles delinquentes mitius puniri: textus gloss. atq; Doctores in cap. vlt de paenit. Nicolaus Boërius decisione 173. m. 3. et in tractatu de seditionis nu. 50. Guido Papa decisione 106. Didacut Couarruinius li. 2. variata refo-

resolutionū cap. 9. Thomas Grammaticus decisi.  
 23. & 32. Ceterij, Iurisconsulti, varijs in locis  
 hanc materiam pertractarunt. Similiter Fœ-  
 minis ob fragilitatem sexus, minoribus atq; pu-  
 pillis ob rationis & ingenij ac intellectus imbe-  
 cillitatem, necnon senibus & infirmis multa cō-  
 ceduntur. Quæ tamē propter necessitatē, & gra-  
 viissimas causas forte recepta sunt, non debent in  
 argumentū trahi. L. Quæ propter necessitatē, ff.  
 de regulis Iuris. Cap. Cū in cunctis, ext. de ele-  
 ctione et electi potestate. Terentianus Mitio fieri  
 aliquando ait, ut duo cū idē faciunt, huic impu-  
 ne liceat facere, illi non liceat: non quod dissimili-  
 res sit, sed q; dissimilis is qui facit. D. tamē Hiero-  
 nymus ad cap. 3. Esiae iniustū fore scribit, si pau-  
 peres publicè arguātur, puniāturq; diuites ma-  
 jora designātes nō corripi, atq; propinquis omnia  
 indulgeri. Saul rex Israël filiū suis Ionatā, quod  
 cōtra præceptū egisset, punire voluit, nisi populus  
 itercessisset, 1. Reg. 14. Assuero regi sapienter respo-  
 detur: Plus oportere illū rempublicā curare, quā  
 Vasthi reginā superbā: ne factū eius reliqua mu-  
 lieres liberius imitarētur. Hester. c. 1. Si verò ni-  
 hilominus reprehēdatur, magistratus meminerit  
 quod Alphōsus dicere solebat: Prīcipū esse bene-  
 facere, et male paciēter audire: ut Fredericus 3.  
 Ro. Imp. aiebat: Prīncipes tanq; signū ad sagittā  
 expositos. Ipseq; rex regnū Christi Iesus, cū de om-  
 nib; optime mereretur, ali⁹ dicebāt, quia bon⁹ est,  
 al⁹ negabāt, vocabātq; seductorō populi Ioan. 7.

Vide q.  
65.

*Videndum autem ipsis est, ne propter suos amicos atque ministros vituperentur, ut quæst. 59. dicetur, in primis vero, ut ipsi culpa vaccent. Nam Socrates cuidam percundanti, quomodo bonam famam haberet, respondit: Si talis esse studeas, qualis haberi vis. Agesilaus id consecuturum putabat, qui loquerentur quæ sunt optima, & ficeret quæ sunt honestissima. Antalcidas ita exprimebat: Si loquatur iucundissime, præstet utilissima: Minime expedit utiles atque bonos viros in sermone & congressibus asperitatem præ se ferre: qua multi offenduntur.*

### QVAESTIO. V.

*Quomodo in rebus bellicis inuictus esset.*

### R E S P O N S I O.

*Si nec in multitudine, nec in potentia & viribus confidas, sed Deum semper imuocaueris, ut tibi omnia iustè agenti, conatus & consilia dirigat.*

### COMMENTARIUS.

*Q*uoniam duo inter homines genera decer-  
tandi reperiuntur, unum per discepta-  
tionem & leges, alterum per vim & ar-  
ma: paci quidem, quæ nihil habitura sit insi-  
diarum, in primis est consulendum, sed confu-  
giendum ad posterius, quando uti priori genere  
Cicero. i. non licet. Suscipiendaq., authore Cicerone,  
officiorū bella sunt, ut sine iniuria in pace vniatur. Quæ  
vero

verò ex nulla necessitate , propter vanam gloriam , bella suscipiuntur , infelicem fere exitum habent , ut Iosephi , & Azarie exemplum declarat lib.1. Machab. cap.5. Auxilio autem Dei fretos Iudeorum Reges contra potentissimos & pertinacissimas hostes fæliciter decertas se , varijs in locis sacra scriptura commenorat : quos hic nimis longum esset recensere . Numa Pompilius Romanorum religiosus , ac publicæ quietis studiosus rex , cum animaduerteret , bellum quod absque iusta causa infertur , nihil aliud quam latrocinium esse : totam eam rem ex arbitrio sacerdotum , ac religiosorum hominum pendere voluit . Ideoq; Fecialiū , quos eīquodixat appellat Dionysius , collegium , belli causa institutum fuit . Non licebat enim Romæ bellum mouere , nisi , cognita causa , Feciales id esse iustum pronunciassent . Deorumq; voluntatem , priusq; bella susciperent , per aruspices exquirebāt . Cūq; iusta & necessaria fore bella constaret , lege cautum erat : **I V S T A B E L L A I V S T E G E R V N T O.** Consules exercitū educturi sacra prius faciebant : & si de fælici euentu forte dubitarent , ante prælium vonebant templa , ludos , sacra , statuas , quibus expiarentur peccata , & placarentur Dī : si etiam vel ante , vel in ipso prælio grauius aliquod periculum immineret , solennia vota emittebantur : ad libros Sibyllinos , & sacrificia recurribant , ut in acadēmia Romana fusius est demonstratum . Itaque fælicitatem ,

citatem, & successum Romanorum in bello, huic instituto, & religioni quidam ascribere non dubitauerunt: nec suis viribus & potentia, sed iustitia, & Deorum immortalium auxilio universi terrarum orbis Imperium accepisse credebant.

Nec numero Hispanos, inquit Cicero, de Arruficū res̄pōsis, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, nec deniq; hoc ipso hui gēis ac terræ domestico natuq; sensu Italos ipsos ac Latinos, sed pietate ac religiōe superauimus. Lucius Florus li. 2. cap. 6. de Scipione loquēs, Certū, ait, est, ad profligandā Provīniā maxime profecisse singularem Dūcis sanctitatē.

Idem aliarum quoque gentium Principes fecerunt. Nam Clodouæus Gallorum rex ad Tolbiacum contra Germanos acerrimo p̄elio decertans, cū nihil humanae spei ac virtutis superesset, Christum, quem Clotildis Burgundionum Regina Christiana, Clodouci primi uxor s̄ep̄e frustrā p̄edicarat, implorare cœpit: Is p̄ sens statim adfuit, & illius auxilio rex vicit in patriam reuersus, & fidem Christianam & sacrum baptisma suscepit. Qualiter omnem bene gerendi belli rationem ceteræ gentes à diuino numine profici sci crediderunt, ideoq; sacerdotes Deorum ministros, & vates in bello ferre p̄asto habuerint, alibi à me aperte est declaratum.

In libris Epistola Iapanica significant, quod de Aca- in noua orbe, antequam eò Lusitani & His- domijs. spani penetrarent. Principes bellum susceptu-

ri, damoni cuidam, idolo suo, vitam atque sa-  
 lutem commendarint, promittentes ei, si fau-  
 ret, magnam pecuniam, facella, sacra, &c. Fæ-  
 liciterq; cōfecto bello, nihil antiquius habuerint,  
 quam sese ista religione liberare, quodq; hunc  
 periculis semper in rebus inclamarint. Vnde  
 apparet, à veteribus Ianigenis hanc doctrinam  
 in omnes gentes permanasse. Sicut enim Noa-  
 chus filios atque nepotes suos docuisse reperitur,  
 ut omnibus in rebus ad Dei fauorem auxili-  
 umq; recurrerent, & protanta victoria, quod  
 ipse solus cum suis in naui à Deo conservatus Genes.  
 diluvium evasisset, gratias acturus, sacrifici- cap. 8.  
 um obtulit, illudq; Deo gratissimum fuit: ita  
 ipsius posteritas per uniuersum orbem dispersa  
 hanc semper retinuit, et si varijs superstitionibus  
 atque idololatria paulatim, authore diabolo, fuit  
 depravata. Romani bello fæliciter gesto, Dijs  
 gratias publicè agebant, Iouiq; optimo Maxi-  
 mo laurum mittebant, vota diligentissime solue-  
 bant. Pytho Atheniensibus, ipsum ob res fælici-  
 ter gestas admirantibus, ac predictantibus, quod  
 Cotym regē interemisset: Dijs, inquit, habeda est  
 gratia, quibus authoribus hoc facinus præclare  
 gestū est, ipse nihil præter manū & operā cōmo-  
 dani. Eneius quippe rei in manu Dei est, et huic  
 debetur gratia, si quid fæliciter cesserit, sed inter-  
 rim vult hominū operam accedere. Iosise cap. 23.  
 Israelitas alloquitur: unus è vobis psequetur ho-  
 stiū mille viros, quia Dominus Deus vester pro  
 vobis

vobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est: nullus vobis resistere poterit. Hoc tantum diligenterissime præcente, ut diligatis Dominum Deum

**Deut. cap. vestrum.** Abrahami posteritas, qua veram religionem pure retinuit, si bellum necessarium gerendum esset, Dei potentia hoc freta suscepit: & sacerdotes magno fortiusq; animo esse inbebant,

**1. Reg. cap.** quod Deus in medio eorum habitaret. Samue-

**2.** lis Propheta mater Anna: Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore:

**Psal. 32.** non in fortitudine sua roborabitur vir. David rex et Propheta: Non saluatur rex per multam virtutem, nec gygas in multitudine virtutis sue, fallax equus ad salutem. Idq; verissimum.

**Euseb. lib.** esse Constantini exemplo probat Eusebius. Et: In

**9. cap. 10.** Deo, inquit, salutare meum, & gloria mea, Deus auxiliu mei, & spes mea in Deo est. Bene-

**Psal. 61.** dictus Dominus Deus meus, qui docet manus

**Psal. 144.** meas ad proelium, & digitos meos ad bellum, misericordia mea, & refugium meum, suscep-

tor meus, & liberator meus. Hoc autem appa-

ruit, quando contra magnum & superbum Go-

liath pugnaturus: Tu inquit venis ad me cum

**1. Reg. cap.** gladio, & hasta, & clypeo, ego autem veni ad te

**17.** in nomine Domini exercituum Dei agminum

Israel. Erat vero David non armatus, sed gera-

bat baculum suum pastoralem, & lapides: talis-

terq; se pugnaturum aiebat, ut omnes intellige-

rent, quod non in gladio, nec in hasta saluaret,

Deus. Et antequam serio aliquid aggredieretur,

semper

Vide

**Psal. 43.**

semper ferè Deum, de cœnitu prius consulebat:  
ut 1. Reg. 30. & 2. Regum 2. atque 5. capite vi-  
dere est. Asa Rex contra Æthiopes decerta-  
turus, Domine, inquit Deus, non est apud te ul-  
la distantia, verum in paucis auxiliis, an in  
pluribus, adiuua nos Domine Deus noster: in te  
enim, & in tuo nomine habentes fiduciam, ve-  
nimus contra hanc multitudinem. 2. Paralip.  
¶ Cum Holofernes, Regis Nabochodonosor  
magistratus grauissime ob sideret Iudeos, uni-  
versus populus Iudeorū per totā noctē in Eccle-  
sia orauit, petens auxiliū à Deo, Iudith. 6. Et  
Eliachim sacerdos Magnus, eos sic allocutus est:  
Scitote quoniam exaudiet Dominus preces ve-  
stras, si manentes permaneritis in ieiunis, &  
in orationibus in conspectu Domini. Memores  
estote Moysi, servi Domini, qui Amalech in  
virtute sua, & in potentia sua, & in exercitu  
suo, & in clypeis, & in curribus, equitibusq,  
suis, non ferro pugnando, sed precibus sanctis de-  
iecit. Iudith 4. Ipsaq, Iudith hostem per insidias  
adoritura: Erit memorabile nomini tuo, cum Iudith  
manus fœminæ deiecerit eum, nec enim in mul- cap. 6. et 9  
tidudine est virtus tua Domino, neque in equo-  
rum viribus voluntas tua est. In eandem sen-  
tentiam Iudas Machabeus, facile est concludi,  
multos in manu paucorum, & non est differen-  
tia in conspectu Dei cali, liberare in multis an  
in paucis: quoniam non in multitudine exerci-  
tus victoria belli, sed de cœlo fortitudo est. Idq,  
varijs

2. Mach. varus exēplis demonstrabat, semperq; ante p̄-  
 cap. n. 13. lium Diuum auxilium implorabat. Mibi sa-  
 ne videtur, ait Sozomenus, ostendere Deus, solā  
 15. Lib. 9. hi-pietatem Regibus & Imperatoribus sufficere ad  
 storie c. 1. salutē, et sine hac nullius esse momenti exercitus,  
 robur Imperij, & reliquum apparatu. Iccirco  
 Constantinus Magnus, postquā Christi virtutē  
 in signo sancte Crucis cognorat, aduersus Tyrā-  
 nos pugnaturus, Ecclesię Christianę, et Episco-  
 porū præces expetebat. Dniq; Anthony, et reli-  
 quorū piissimorū monachorū orationib. se uxore,  
 liberos, & Imperiū crebro cōmendabat. Narrat  
 Ruffini lib. in vita Cōstantini Eusebius lib: 4. q; milites suos  
 1. cap. 8. docuerit, nō tam potentia sua & armis cōfidere,  
 quā Deū victoria atq; salutis auctorē agnoscere;  
 quodq; peculiare ipfis precandi formā Romana  
 lingua præscripserit. Vnde factū est, ut quāto hu-  
 miliore religiosioreq; sese gerebat, tāto magis De-  
 bella ipsius et gloriā fortunaret, ut crudelissimas  
 gētes armis, adiutore Deo, domaret. Quod Lici-  
 Eusebius nūs tyrānus p̄spieieſ, ne boni viri, et Christiana  
 lib. 10. hist. Ecclesia pro Cōstatino amplius oraret, ideoq; res  
 cap. 8. & ipsius prosperaretur, quēdā templa claudi iussit,  
 lib. 2. de quēdā prorsus euerit. Theodosius p̄paratur ad  
 vita Cō- bellū, inquit Ruffinus, nō tam armorū telorūq;  
 stant. quā ieiuniorū et orationū subsidijs: nec tā excu-  
 biari vīgilījs, quam obsecrationū pernoctatione  
 Ruffinus munitus; circumibat cū sacerdotibus & populo  
 lib. 2. hist. omnia orationū loca, ante Martyrū & Aposto-  
 cap. 33. lorū thecas iacebat cilicio prostratus, & auxilio  
 sibi

sibi fida sanctorum intercessione poscebat. Cumq; Nicepho-  
aliquandiu ancep̄t̄ esse contra barbaros pugna, ruis lib. 12.  
proiectis armis ad solita se vertit auxilia, et pro- cap. 39. P.  
stratus in conspectu Dei: Tu inquit omnipotens  
Deus nosti, quia in nomine Christi filii tui ultio- Diaconus  
nis iuste, ut puto, prelia ista suscepi, si secus, in in vita.  
me vindica: si vero cum causa probabili, et in te Sozome-  
confisus huc veni, porrige dexteram tuis, ne for- nus lib. 7.  
tò dicant gentes: Ubi est Deus eorum? Quantum cap. 24:  
ista pietas Theodosio Imperatori profuerit, in-  
dicat Claudianus:

O nimium dilecte Deo, cui fundit ab Antris  
Eolus armatas hyemes, cui militat aether,  
Et coniurati veniunt ad classica venti.

B. Ambrosius de fide ad Gratianum Impe-  
ratorem scribens: Peris ait fidei libellum à me  
sancte Imperator, prefecturus ad prōlium: nosti  
enim fide magis Imperatoris, quam virtute mi-  
litum queri solere victoriam, Idq; Abrahami  
& Iosue exemplo declarat. Ergo & tu vincere  
paras, qui Christū adoras: vīcere paras, qui fidē  
vīdicas, cuius a me libellū petisti. Quod Carolus  
Magnus diuino auxilio fretus granissima bella  
suscep̄erit, virosq; religiosos & pios sacerdotes  
semp̄i exercitu adhibuerit; ideoq; ea fēliciter ges-  
serit, et post victoriā plurimas ecclesias multa ca-  
nobia, et sacra fūdarit oēs ferè historiæ loquuntur.  
Ut hoc viuu Germanis exēplū esse debeat. De Ro-  
berto Frācorū rege scribit Platina, q; cū pius rex  
esseret, & horas canonicas legeret, oppidi cuiusdā

*Platina* mœnia diuinis corruerint, ut sine villa diffi-  
*in. Iohan-* cultate à regio milite caperetur. Qualiter Sipó-  
*ne P.P.* tini olim D. Michaelis auxilio, cu*wiunijs atq;*  
*20.* orationibus publicis diuinum fauorem implo-  
 rassent, vicerint, refert in Ferdinando primo Io-  
 uiniarius Pontanus. Qui contrà fecerunt, ut  
 neglecto Deo in humana potentia, & diuinis  
 spem collocarent, infeliciter temere suscepit bel-  
 la gesserunt. Cuius quidem rei plura in veteri  
 testamento apertissima exempla reperiuntur eo-  
 rum, qui vel animi vel corporis viribus effere-  
 bantur, vel abundantia pecunia, & humana  
 potentia nitebantur. Clarissimum verò existat  
 Indicum capite 19. & 20.

*i. Mach.* Fortissimus ille Iudas Machabæus quandiu  
*cap. 8. &* contra hostes suos, vera religione & diuino au-  
*9.* xilio fretus fortiter pugnauit, paucissimis viris  
 infinitam hominum multitudinem profligare  
 potuit: sed postquam, timidior, ut videtur, fa-  
 ctus Romanorum potentiam & arma expeti-  
 uit: nihil amplius præclarè gessit, verum ab ho-  
 stibus interemptus est. Asa rex quanquam  
*Maledi-* *Aethiopes* adiutore Deo vicerat, tamen quia  
*ctus qui* confidit in *Hiere-* contra Benadab regem Syrie non fuit ausus  
*homine* *miae 17.* prælio decertare, sed missa argento fœdus cum  
*2. Para-* eo percußerat, his verbis Hanani Propheta cū  
*lip. cap. 16* alloquitur: *Quia habuisti fiduciam in rege Sy-*  
*ria, & non in Domino Deo tuo, siccirco euasit*  
*Syriæ regis exercitus de manu tua. Nonne A-*  
*thiopes & Lybies multo plures erant quadrigis,* &

& equitibus, & multitudine nimia, quos cum  
Deo credidisses, tradidit in manu tua? Stulte  
egisti, & propter hoc etiam praesenti tempore ad-  
uersum te bella consurgunt. Caius Augusti  
Cesaris nepos in Egyptum profecturus, Hie-  
rosolymam transiit, & verum Deum adorare  
contempst; idq; Augustus prudenter ab ipso Vrspurge-  
factum afferuit: unde grauissima pestis, & pub- in chroni-  
lica calamitas, qua statim subsecuta est, credebat. cis.  
tur exorta. Præterea, qui pro religione catholi-  
ca, pro Papa & salute publica iusta bella su-  
scepserunt, semper fere iniusti extiterunt, ut que-  
stione prima est declaratum. Cogita causa, &  
dini numinis favore suscepto bello, ut feliciter  
geratur, videndum est, ut boni milites conscri-  
bantur. Ingens Iudeorum multitudo sese Gedeon-  
i, contra Madianitas, coniunxerat: sed Gideon  
ex precepto Dei timidos, & qui curuatis veni-  
bus aquam biberent, ex prelio abiire iussi: ne  
suis viribus & ignauo militi, istam victoriam,  
qua à solo Deo proficisciebatur, tribuerent. Iudi-  
cum 7. Iulius Cæsar, rei militaris peritissimus, Lib. 3.  
tam continentiam modestiamq; in militibus re-cap. 3.  
quirebat, quam virtutem et robur. Theodoretus  
autòr est, quod Constantius Imperator in ex- Ante pre-  
peditione belli Magnentiani militibus suaserit, lium lex  
ut diuina prius mysteria secum perciperet, utq; Dei pre-  
in rato mortis periculo futuri, pretiosam vestem lecta.  
illam induerent: quod si quis spiritualem illum 2. Macha-  
amiculum sibi circundare nollet, is domum re-cap. 8.

diret, se non nisi iniciatis secum in bello sociis usurum. Quemadmodum Carolus Magnus contra barbaros pugnaturus, monachos & sacerdotes in exercitu adhibuisse fertur, qui peccatis solutos milites sacra eucharistia munirent. Julianus scriptum reliquit: quod Gothi & Vandalici Romanū Imperium facile deuastarint, quam ipsi Christianis longe melius morati erant.

Iosue cap. Nam quantum sepè unius hominis improbitas, vniuerso exercitui afferat detrimentū. Achaz exemplū declarat. Vnde Diogenes Cynicus affirmare solebat, satius esse cū paucis bonis aduersus omnes malos, quam cū multis malis aduersus paucos bonos pugnare. Certas quoq; leges militares, & disciplinā obseruare oportet, ut Ioannis Baptiste de militibus praeceptū retineatur: si pēpendys suis contenti sint, & à sceleribus, prædictis & rapinis, sacrilegioq; abstineant. Qui bella sacra, quæ corrā Saracenos gesta sunt, descripsere, comemorant, quòd aliquando illa quidē fæliciter successerint, sepè calamitosum prorsus exercitū fuit sortita, quoties aut propter vanā gloriā remere, aut ex armorū militumq; & potentia fiducia arrogâter suscipiebantur, aut ipsi Principes in medio exercitu libidine se ctabantur, aut milites à sceleribus et rapina minime tēperabant.

D. Hieronymus ad Heliodorum in epitaphio Nepotiani scribit: Nostris peccatis barbari fortis sunt, nostris vitiis Romanus superatur exercitus: nec tamē amputamus causas morbi.

## HISTORIA.

131

Ut nihil mirum sit, quod optimi quandoq;<sup>s</sup>, & p<sup>r</sup>essimi Principes, tam crudeli & impio milite infeliciter contra Turcos bella gerant, quod piā & bonam causam Deus per tam impia organa tractari nolit: plerunq;<sup>s</sup>, enim sine ullo deleitu multis sceleribus insignes in militiam assribuntur, quorum qui crudelior nequiorq;<sup>s</sup> est, is optimus miles, & fortissimus dux habetur. Nec quisquam est, qui ante praelium de expiandis peccatis, de adhibendo sacerdote, et cœlesti armatura, sacra Eucharistia, cogitat, sed ipsos Dei ministros, & sacramēta indignis contumelijs afficiat.

Longe minus quoq;<sup>s</sup> est admirandum, quod aliqui principes à suscep<sup>t</sup>to bello desistere cum perpetua ignominia, & dedecore coacti fuerint, quoniam contra Deum, ipsiusq;<sup>s</sup>, religionem Catholicam, contra legitimū magistratum, & omnes bonos viros ausu temerario ea suscep<sup>r</sup>ant. Alphonsum regem, predicit Panormitanus, quod antequam ad bellū procederet, semper diligētissimè diuinum auxiliū implorarit, in conscribendo milite delectum habuerit, & aliquādo post egregiam victoriā nec edere, nec bibere, nec pulu<sup>r</sup>es excutere voluerit, antequam rem diuinam fieri curasset, dominoq;<sup>s</sup>, Deo, unde eam prouenisse sciebat, gratias egisset. Quae Carolus V. Imperator, ipsiusq;<sup>s</sup>, filius Philippus II. Rex Catholicus, ceteriq;<sup>s</sup>, Principes Catholicī nuper imitati fuere. Et quantum ipsis ea pietas, atque disciplina militaris profuerit, cum illorum

I a hostibus

hostibus iusto Dei iuditio terra mareq; repugnarent, superiorum temporum historie testantur. Parta victoria, Cicero libro primo officiorum, conseruandos dicit, qui non crudeles in bello, nec immanes fuerint, quiq; armis positis ad Imperatorum fidem configuiunt. Carthago inem tamen & Numantiam varijs de causis Romanos funditus sustulisse refert, Corinthiumq; deluisse, ne loci oportunitas aliquando ad repetendum bellum eos adhortaretur. Persae publica

Qui post victoriam puniendi. lege coguntur, ubi in bello superiores fuerint, uti modestia, ideoq; populos in quos pugnando Imperium consecuti sunt, imperfectis Principibus, ne rebus nouis studeant, tributa pendere iubent. Quam verò Sauli & Achabo, Iudeorum Regibus, periculose extiterit, quod impios, contra Dei præceptum, hostes conseruassent, scriptura sacra testatur, lib. 1. Reg. cap. 5. & lib. 3. cap. 20.

Plura vi- de q. 66. Scipio autem Africanus dicere solebat, malle se unum, ex ciuib; seruare, quam mille hostes perdere. Et Lucullus aiebat: malle se unū ciuem Romanum ex hostium manibus eripere, quam vniuersas hostium fortunas sibi vendicare. Alphonsus rex, apud Panormitanum lib. 2. cap. 62. gloriatur, non tam quod hostes vincere sciret, quam quod victis consulere didicisset: nec tam multis hostium millibus casis, quam seruatis triumphandi legem Regibus dedisset, lib. 1. cap. 34. Cumq; Caietam ob sideret, & pueros, ac bello inutiles, illi propter victus inopiam ejeret;

ceret, eosq; in regis castra minimè recipiendos consiliarij decernerent: Ego, inquit, malo Caieta nunquam potiri, quam tam foedè & crudeliter vincere. Lib. 1. cap. 15. Nobilis quidam vir pollicebatur se Castelle regem, Alphonsi hostem, occisurum: Alphonsus responuit, se non modo pro isto regno, sed ne pro totius quidem orbis imperio adipiscendo, tam crudele & detestandum facinus permisurum, lib. 2. cap. 31.

Multis exitiosissimum fuit, quod victoria vii nequirent, & nimium iecirco insolescerent.

Cum Macedonum Rex Philippus in viatos Athenienses nimium scuiret, illi mutato consilio Romanorum auxilia contra ipsius implorarunt, teste Floro lib. 2. cap. 7. It aliquando, ut Deus suis iratus, permittat eos superari, sed irerum placatus, hostes gravissime puniat: quod sensit Antiochus 2. Machab. 5. Nam contra Ecclesiam Dei, & bonos viros prosperitas summa infelicitas, & malum maximum est. 2. Machab. 5. De dividendis post victoriam spoliis inter socios Iosue 22. & 1. Regum cap. 30. exemplum extat. Hac autem vir ille ex media Iosue 23. scriptura sacra deprompsit, ubi Deus se pro Iudeis, tanquam pro pupilla oculi, si in legibus suis perdurarent, decertaturum promittit. Idq; semper etiam esse factum, egregie Holoferni declarabat Achior: facile eos superatos, cum Deum offendissent, alioqui esse invictos. Eadem ad scholasticam militiam, & spirituale prælium,

quod religiosi & pij viri contra diabolum, & carnem suam gerunt, etiam referenda sunt: vi nec proprio suo ingenio studioq; nimium tribuant, nec orationibus, ieunijs, aut suis meritis magis confidant, quam diuino numini: sed hoc implorato manu sanctissimo operi fortiter admoneant.

## QVAESTIO VI.

Quomodo hostib; formidolosus existeret.

## RESPONSIO.

*Vide q. i.* Si armorum & potentiae multo apparatu instructus fueris, longo tamen tempore antequam utaris detineas: nam & Deus vtitur dilatione, & per potentiae suae declarationem, omnium animis incutit terrorem.

## COMMENTARIUS.

**H**ec ex superiori questione dependent. Esi erim rei bene gerendae occasio, belligare cunctus, a Deo proficiscitur: is tamē vult Regis tanquam instrumenti, operam accedere, & diuinam in belligando prouidentiam imitari: ut terreat, omniaq; prius tentet, quam ad arma veniatur. Nam per vim decertandi genus bellū a belnis deriuat. Quare non nisi maxima necessitate coactos bellū suscipere, prælioq; decertare oportet. Si vero a pertinaci improbitate discedere, & honestè pieq; imperata hostes facere, minis aut benevolentia permoueri nō possunt, tunc demū quasi inuitus in nomine Domini aggrediantur, & Deum ita prælinū fortunabit, ut tale principem

## HISTORIA.

135

cipem hostes posthac reformidet. Bellicosus esto,  
inquit Isocrates, rei militaris sciencia, et belli ap-  
paratu. Nam tales Principes ab omnibus fere ti-  
metur, qui & arte militari, & potentia sunt in-  
structi: quiq; propter virtutes fortunati sunt, &  
quos sui non timent cives. Nec enim si manibus  
ad arantinis centupli fossa valloq; cingantur, si  
millenis milionibus stipati incedant, ullū tutius  
fortissq; praesidiū, certiusq; satellitiū, & formi-  
dabiliore hostibus apparatu adhibere poterint,  
quam si praeclarè de patria meriti ciuiū charita-  
te muniatur: nec quisquam minus timetur ab ho-  
stibus, quam qui timetur à suis, ut infra quest.

23. et 53. fusus aperietur. Hec autē respōsio ex li-  
bro Iudith petita videtur, ubi Iudith occiso Ho- Indith  
loferne præcipit Iudeis, ut urbē egressi nō statim cap. 14.  
prælio decerteret, sed quasi impetum facturi hostes  
terreāt, territosq; & fugientes psequuntur. Deus Vide q. 4.  
aut varij signis atq; porterioris iram suā hominib.  
ostendit, & longanimitate patientiaq; ad pœnitē-  
tiā inuitat, sed quādo se emendare nolūt, ira tar-  
ditatē compensat. Id quod diluuij, excidio probat Ambros.  
Ambrosius, q; nimis sat longū tēpus pœnitētiae de Noë  
idulserit, maleſignoscere quam punire, si futuræ cap. 13.  
mortis metu impietati et iniustitiae renūciassent.

Hinc Dauid: Persequeris eos in tēpestate tua, & Psal. 12.  
in ira tua turbabis eos: ut cognoscāt quia nomen  
tibi Domin⁹, tu solus altissim⁹ in omni terra. Hac  
similiter ad patres familias, iunctutis & populi  
Christiani Rectores, omnesq; magistratus primēt.

I 4

QV. A.

## QVAESTIO VII.

Quid sit ad vitam degendam optimum.  
RESPONSIO.

Cognitum habere, quod Deus vniuersorum dominetur: nosq; etiam in illis actionibus, quæ nobis videntur admodum gloriosæ, non dirigere consilia nostra, sed Deū omnia perficere & gubernare pro sua potentia.

## COMMENTARIUS.

**H**æc responsio duo quadam complectitur, nimirum ut homo Deum noscat, & cognitum verè diligat, colat, & veneratur, atque ex ipsis præscripto & volumate consilia sua actionesq; operetur. Vnde Ecclesiastes: Ecclesiast. Deum time, & mandata eius obserua, hoc est cap. ult. omnis homo. Et Sapiens: Nosse te consummata iustitia est, & scire iustitiam & virtutem tuam Sapiet. 15. radix est immortalitatis. Ipse Christus Iesus apud Iohannem pronunciat: Hæc est vita eterna, ut cognoscant te solum Deum, & quem misit Iesum Christum. Varie quidem philosophorum de beata vita sententia reperiuntur: scriptura Lib. Act. ante diuinam, inquit Ambrosius, eā in cognitione officio. posuit diuinitatis, & fructu bona operationis. cap. 2. Lactanius Firmianus: Primum aut diuinæ locutus est caput est, Deum nosse, soli obtemperare, soli lib. 6. cap. 9 colere: non potest enim rationem hominis obtine-

re, qui parētem animæ suæ Deū nescit, quod est Lib. Aet.  
 summi nefas, quæ ignoratio facit, ut dys alienis seruiat, quo nihil sceleratus cōmitti potest.  
 Ideoq; afferit, homines nasci ut agnosceret Deū,  
 & creatorem suū, agnitiuncolant, & immortalitatem pro mercede percipient. Fredericus  
 Imperator, teste Sylvio, nihil homini melius euenire posse affirmabat, quam in hac vita fælicitatem, & bonum ex hac vita exitum.

## QUAESTIO, VIII.

Quomodo ipse posset omnia salua & integra conseruare, eundemque rerum suarum statum posteris tradere,

## RESPONSIΟ.

Orando assidue Deum, ut bona semper consilia capias: & monendo liberos, ne dignitate & opibus efferantur, nec putent se ista habere ex se, sed Deum cuncta largiri.

## COMMENTARIUS.

**Q**ui vere Deū nouit, & qui ipsius seministratum gerere, omniaq; sibi à Deo tradita esse intelligit, & breui fortasse auferenda, is & recte fere & diu imperat: contrā vero faciens, ut quæstione 57. docebitur, inglorius euadit. Multi quoque filii propter sua & parentum peccata regnum amiserunt. Quod 3. Reg. 11. filii Salomonis & Achabi Regum Israel pertulere. Huc allusit qui ad 38. 60. quæstionem respondet. Non declinet ad dexteram partem vel

sinistrā, ut diu regnet ipse, & filii eius, ait Moses  
 Deut. c. 17. Eodē pertinet illud Davidis Psal. 24.  
 Qui timet Dominū, anima eius in bonis demora-  
 bitur: & semen eius hæreditabit terrā. Et Psal.  
 60. Dediti hæreditatem timentibus nomen tu-  
 um. Et Psal 131. Si custodierint filii tui testa-  
 mentū meū, & testimonia mea hæc quæ doce-  
 bo eos, & filii eorum usque in seculum: sedebunt  
 super sedem tuam. Id se facturum promisit  
 quoque Deus Salomoni, si in simplicitate cordis  
 & equitate, & preceptis suis ambularet coram  
 ipso: contrā vero facientem gravissimè puniturū  
 prædictum, Lib. 3. Reg. cap. 9. Beatus vir qui ti-  
 met Dominum, in mādatis eius volet nimis: po-  
 tens in terra erit semen eius, & generatio recto-  
 rum benedicetur, gloria & diuitiæ in domo eius.  
 Psal. III. Semen hominum honorabitur hoc  
 quod timet Deum: semen autem hoc honorab-  
 itur, quod præterit mandata Domini. Ec-  
 clesiasticus cap. 10. Si delectamini sedibus &  
 sceptris ô Reges populi, diligite sapientiam, ut  
 in perpetuum regnetis. Sap. 6. Rex qui indi-  
 cat in veritate pauperes, iheronus eius inater-  
 num firmabitur. Proverb. 29. Reges intelli-  
 gite & eruditimini, qui indicatis terram: serui-  
 te Domino in timore, & exultate ei cum tremore:  
 apprehendite disciplinam, ne quando irasca-  
 tur Dominus, & percatis de via iusta. Psal. 2.  
 Multiplex erit semen tuum, & progenies  
 tua quasi herba terra. Job. 5. Propter iniustitias,  
 vero

Itē Psal.

38.

verò suas humiliantur Psal. 106. Fili⁹ scruorum tuorum habitabunt, & semen eorum in seculum dirigetur. Psal. 101. Plurimos enim propter libidinem & scelera Imperium, quod à maioribus florentissimum acceperant, perdidisse, diuina & humanae literæ testantur. Odibilis, inquit Eccl. Ecclesiasticus, est coram Deo & hominibus super-cap. 10. bia, regnum à gente in gentem transfertur propter iniustias, iniurias, & contumelias, ac diuersos dolos. Ad hanc rem plurimum refert, si Lib. 2. Principum filii à teneris recte instituantur, ut officio. c. t. alibi ex professo disserui. Pulchrum est illud Isocratis: Si amicos habueris virtute præditos, & cives tibi bene volentes, & tu ipse virtutibus polleas, & parare regnum & tueri poteris. Vehementer utile est, historias perscrutari, ut intelligatur multos ex infimo sepe ordine, ad summū honoris & potentiae fastigium propter virtutes esse prouectos: plurimos contra propter tyrannidem & scelera in extremas calamitates & miseras incidiisse. Reliqua q. 23. & 24. tradentur.

### QVÆSTIO IX.

Quomodo bonam & malam fortunam moderatè ferret.

### RESPONSIO.

Si tibi persuaseris, homines creatos esse à Deo, vt & malorū & maximorū honorū in vita fiāt participes: nec inueniri hominē, qui sit huius vicissitudinis expers: Deū verò trubore animū æquū: pro quo ille orandus sit.

C O M -

**V**eteres Romanorum Imperatores aureum fortunæ simulacrum in cubiculo suo habebant, ut fortitudinis & modestia admonerentur. Nam præclarissima quedam de hac virtute apud Philosophos edisseruntur.

*Cicero lib. 1. offit.* Cicero enim: Ut aduersas inquit res, sic secundas immoderatè ferre lenitatis est, præclaraque est æquabilitas in omni vita, & idem semper vultus, eademque frons. Panetius Africanum auditorem & familiarem suum solitum ait dicere, sicut equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes, domitoribus tradere solebat, ut his facilioribus uti possint: sic homines secundis rebus effrenatos, sibiique præsidentes tanquam in gyrum rationis & doctrinae duci oportere, ut persicerent rerum humanarum imbecillitatè, varietatemque fortunæ. Et in rebus prosperis minime admittendos ait adulatores, à quibus fallamur. Fortuna mutationem considerans Agesilans rex: In prospera, inquit, fortuna sic me consuefacio, ut quæcumque inciderit mutatio, ne queram ipse mutationem. Horatius:

*Horatius lib. 2. carminum ade 10.* Sperat infestis, metuit secundis Alteram sortem, bene preparatum Pectus, informes, hyemes reducit Iupiter, idem Summonet: non si male nunc, & olim Sic erit.

Vulgatum

## HISTORIA.

141

Vulgatum est illud: *VBI VBER IBI TVBER, ET: MAIORES SVPERBVS, MINORES MOESTVS RESPICITO.* Qui enim longe se maiores talia perpeti vides, & alios existere infeliciores, facile aliquam consolationem admiserit: contra etiam qui alios se maiores & doctiores esse intelligit, humiles tamen & modestos, minus efferetur. Consultissimum fuerit virtutibus & arribus se præmunire, quarum doctrina nec secundis rebus insolecat, nec mutationem, earum praesidio, Dionysij Syracusani tyranni exemplo, pertimescat. Tempore pacis, aiunt vulgo, cogitandum est de bello. Quæ omnia ex sacris literis de prompta sunt. Ecclesiasticus enim: In Eccle. 10. die ait bonorum ne immemor sis malorum, et in die malorum ne immemor sis bonorum. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas, à Deo sunt. Est qui humiliat, est qui exaltat circa Eccle. 7. cunspector Deus. Quisquis ergo malis afficitur, hoc peccatorum suorum medicinam existe- Iosue per re recordetur, ideoq; tanquam charum Deo si- nult. lium leuiter se hic castigari, ne in æternum damnetur, ut pulchrè Ezdræ angelus olim declarauit. Agnoscat beneficium Dei sui, & gratias potius agat cum Danide: Bonum est mihi Domine, quod humiliasti me, ut discam iustificationes tuas. Et, visitatio tua custodiuit spiritum meum. Rursus, Imple facies eorum ignorantia, & quarent nomen tuum Domine. Et Ecclesiasticus

4. Ezd. 9.

*Judith*  
cap. 8.

*Ecclesiasticus capite 31. Infirmitas grauis sobriam facit animam. Judith olim afflictos Iudeos aduersam fortunam forti animo ferendam doctra: Repudemus, inquit, peccatis nostris haec supplicia minora esse flagella Domini, quasi serui qui corripimur ad emendationem, & non ad perditionem nostram euenisse credamus. Optimum ergo remedium est in rebus aduersis, patientia, & peccatorum expiatio. Praeclarissimum uniuersa posteritati exemplum scriptura sacra reliquit Iobi & Tobie, qui etsi Deo charissimi erant, admirabiliter tamen fortunam malam, & varia doloris genera persenserunt, sed cum patientes permanerent atque, infracti, longe ipsis Deus hic maiora bona reddidit, & eternam felicitatem in caelis. Memorabile quoque ipsius Iobi verbum est: Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus? Et optimus ille Matathias elegatissimus verbis demonstrabat, homines a Deo propter sua peccata puniri: et beatissimos euadere, si magno fortique animo aduersitates toleraret. Multa tribulationes iustorum, sed de his omnibus liberabit eos Dominus: custodit Dominus omnia ossa eorum, unum ex his non conteretur. Psal. 33. Eleganter admonuit Iob. cap. 5. Nihil in terra sit sine causa. Deus ponit humiles in sublime, & meretes erigit sospitate: et egeno spes erit. Beatus homo qui corripitur a Domino: increpationem ergo Domine ne reprobes: quia ipse vulnerat & medetur, percunit, & manus eius sanabunt.*

*Job. cap.*

2.

*i. Mach.*

*cap. 2.*

bunt. Tobie respondit Angelus cap. 12: *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probares te. Si ergo nihil fu temere: Omniaq; Deus agit ad salutē hominū: cur non aduersitates pacienti animo tolerarer? Plura quæst. 29. & 32. dicentur.*

## ARISTAEAS.

Tunc rex omnes, inquit, recte responderunt, quando vnum qui adhuc superest interrogauero, in præsens cessabo, ut reliquū huius diei tempus lætè transfigamus, deinde sex qui sequuntur diebus, ea quæ nūc prætermittuntur discemus, quibus diëtis interrogat.

## • QVAESTIO X.

Quis fortitudinis finis existeret.

## RESPONSIO.

Si quod in rebus atque periculis recte deliberatum constitutumq; est, hoc etiam pro animi sententia expediatur. Sed tibi ô Rex à Deo omnia recte perficiuntur, qui salvatoria habes proposita.

## COMMENTARIUS.

**S**upra responsum est, nō temere, nec statim ad arma veniēdū: hic consiliū armis & fortitudini cōiungitur. Nā parua sunt foris arma, testa Cicerone, nisi sit domi consilium: & sine consilio prudentiaq; in acie versari, non viri fortis sed beluinū est. Fortis quidē & generosi regijq; animi argumentum est, in grati honestaq; causa, & inenitabilis necessitate deliberato sapientum

virorum

*virorum consilio mortem pro republica non per-  
horrescere : ita non fortitudinis, sed temeritatis  
& amentia, sese in vita discrimen sine ulla ne-  
cessitate, sine consilio coniugere. Id enim nec ipsis  
honestum & utile, nec reipublicae salutare est,  
sæpe etiam periculosissimum extitisse reperitur.  
Nam quicquid delirat reges plectuntur Achini.*

## ARISTAEAS.

Hic acclamantibus omnibus, & virum illum applausu laudantibus, Rex ad Philosophos, qui non pauci aderant, conuersus; Arbitror, inquit, viros hos virtute excelle-re, & præ alijs esse intelligentes, qui talibus quæstionibus ex tempore tam aptè respon-derint, dicendi initium à Deo omnes du-

*Omnia in Deinomini-  
ne incipi-  
enda, om-  
niaq; ad Deum re-  
ferenda.* centes. Ad ea Menedemus Erethrius philo-sophus: Profectò Rex cum homo sit crea-tura Dei, & omnia gubernentur à Deo: re-cte omnem sermonis vim, & rectitudinem principaliter ducut à Deo. Quibus vbi Rex annuit, in iucunditatem omnes versi, con- uiuum summa festiuitate in noctem usque protrahunt. Postridie eodem rursus modo

*Secundus conuinij dies.* & ordine parabatur conuiuiū; & cù tem-pus ad rogandas sententias commodum af-fuit: Rex eos interrogabat, qui illos ordine sequebantur, qui superiori die responde-rant: coepitq; undecimum rogare, quoniam decem pridie responderant.

QVAE-

## QVAESTIO. XI.

Qua ratione diues permaneret.

## RESPONSIO.

Si nihil præter dignitatem regni tui, & per luxum agas, neque in vanis rebus, neque in utilibus sumptus facias: sed erga populum tuum te beneficium benignumque præbueris: nam Deus, quem sequi oportet, bonorum omnium largitor & summè beneficus est.

## COMMENTARIUS.

**O**MNIA Dominum Deum hominibus dare, & rursus, si videbitur auferre, recte Iob affirmat. Nam vero legem & præcepta sua obseruantibus pinguedinem terræ, & omnium bonorum abundantiam pollicetur. Innioremq; se fuisse, & factum senem ait David, & nūquā vidissi iustum derelictum, & semen eius quærens panem.

Divitias & potentiam suo magistratui Deus elargitur abundantiter: Sed recte admonuit Poëta:

No minor est virtus quærere, q; parta tueri. Et: Non intelligunt homines, quam grande vextigal sit parsimonia.

Munificentia & benignitas in primis decet Principes: & sicut avaros esse non conuenit, ita nec prodigos: sed liberales, id est, nec benigni-

**Liberali-** tas maior sit quam facultates, neque à ciuibus extortum transferatur ad alienos, sed pro dignitate cuiq; tribuatur, pro loco & tempore. Deus enim largitur omnibus abundantier, sed singulis pro sua mensura. Iustinus ad Tiberium Imperatorem aiebat: Qui facultates & possessiones habent, habeant: quibus eae desunt, tribue: ut narrat Nicephorus lib. 17. cap. vlt. Alfonius Rex cum C. Cesarem dixisse audiret, illum se diem perdidisse, quo nihil alicui donasset, gratias agebat Deo, quod similiter nec ipse unum

**Panormi-** perdidisset: sed cū equiti cuidam prodigo quotidian. lib. 2. die diu & multū dedisset, tandem respondit: Si tibi de gestis plura indies donauerō, citius me pauperē, quā te dinitē reddiderō. Multos quoq; dicebat esse qui Alfonsi. darent, paucos qui dare scirent, quod ineptis & ingratis hominib. darent sine discrimine: ideoq; ingenti beneficio se pē ingenti ingratitudine satisfieri. Fredericus Imperator Alberto fratri plura petēti, cū multa accepisset, recusauit, eog; obiectō.

**Sy.** in te, indignū esse germanū à germano deserī, respon Panormi-dit: Non ego te germanum, sed purpurator tanum. tuos deserō, quibus dedi quae in te contuli. Quod in eos quadrat, qui & suas dinitias perdunt, & quicquid ab alijs habere possunt, in homines in-

Vide q. 56 ep̄tos & otiosos conferunt. Utinam Christiani Principes attenderent, quod de Alexander Scuero scribit Lampridius: Neminem in palatio suo habuisse non necessarium: Malis dicens esse Imperatoris, annonis rempub- licant

licet granare, atque ex visceribus prouin-  
cialium homines non necessarios & reipublicae  
inutiles alere. Maiores nostri cum medio-  
cres opes haberent, honeste ex illis viuere, &  
omnia reipublicae onera, Imperijq; maiestatem  
sustinere potuerunt. Et quanquam subditis  
minime molesti erant, maximas tamen Eccle-  
sias extirpare, maximaq; collegia & sacra  
fundare videbantur.

Hoc tempore quibusdam in locis nouæ acqui- Nimio  
rendæ pecuniae artes excogitantur, & nunc hoc censu &  
nunc illo pratexit extraordinaire exactiones sacrilegio  
imponuntur, multi spoliantur, multa templo nō augen-  
& collegia compilantur: sed quanto plura tur & co-  
quidam extorquent, tanto pluribus indigent. seruantur

Veteres quod stricto etiam iure petere li- diuitie  
cuisset, magnum interdum lucrum putabant sed per-  
in loco & tempore negligere. & diuites erant, duntur.  
diuitesq; subditos habebant, qui eos temporibus  
necessariis adiuuarent: iam & extorquentur  
aliquando multa, & rapiuntur, sed utrinque  
vera paupertas cernitur. Nam & pauperum  
sanguis, & Ecclesie bona si male usurpentur.

authoris suo pestes sunt, & reliquas opes consu- Matthæi  
munt. Respublica merito pro tot labori- cap. 22.  
bus & molestijs, Principes & magistratus  
alit, & necessariis temporibus sumptus sup-  
peditat. Cœsarique, ut C H R I S-  
T V S ait, dat, quod Cœsari debetur:  
at supra vires urgere pauperes, & quod

extorquetur nō ad salutem publicam, aut necef-  
 sarioris honestosq; & suis transferre, periculosisimū  
 Vide E- est. Prædictus Esaias propheta capite 3. Domi-  
 faiā cap. i. nū ad indicandum veniet cum senibus populi  
 Micheam sui, & cum Principibus eius: vos enim depasti  
 cap. 3. estis vineam meam, rapina pauperis in domo  
 Amos 4. vestra. Quare asteritis populum meum,  
 & facies pauperum commolitis? Ubi  
 B. Hieronymus: Hoc ad nos quoque Prin-  
 cipes pertinet, quando replete thesauros suos, &  
 Ecclesiæ opibus abutuntur in delitias: publicaq;  
 stipes, que ad sustentationum pauperum date  
 sunt, vel sibi reseruant, vel propinquis distribu-  
 unt: & alienam inopiam, suas suorumq; faci-  
 unt esse dinitias. Deus bone quas voces ede-  
 ret iam Hieronymus, si hæc tempora & hos mo-  
 res quibusdam in locis videret? Similiter Mi-  
 cheas propheta: Audite, principes Iacob, &  
 Duces domus Israel, nunquid non vestrum es-  
 seire iudicium, qui odio habetis bonum, & dile-  
 gitis malum, qui violenter tollitis pelles eorum  
 desuper eis, & carnes eorum desuper ossibus eo-  
 rum. Qui comedenter carnem populi mei, &  
 pellem eorum desuper excoriauerunt, & ossa  
 eorum confregerunt: tunc clamabunt ad Domi-  
 num, & non exaudiens eos, & abscondet faciem  
 suam ab ipsis in tempore illo, sicut nequiter ege-  
 runt in adiumentib; suis. Iudaici populi post  
 cines ammonis & tributis vexabant: sed Nehe-  
 mis

Micheas  
 cap. 3.

mias grauissima oratione eos castigat, iubetq;  
reddere. Se vero cum ab Artaxerxe rege Dux  
esset terra Iude constitutus, propter timorem Nehem.  
Dei ne illas quidem amonas recepisse ait, que cap. s.  
aliq; ante ipsum Duces acceperant.

Quidam Principum diuitijs egregie putant  
consultum, si modum augendi tributa, quales-  
cunque excessus magna pecunia luendi, spolian-  
di Ecclesiam inre & bonis patefaciant: sed quā  
perperam de Principibus illi mereantur, quo-  
tidiana exempla declarant. Longè quidem re-  
tinetur ficerent, si Principes docerent, quanto ho-  
nestius salubriusq; ipsi esset futurum, si de sum-  
ptibus minime necessarijs potius aliquid detra-  
herent, quam de ciuium suorum sanguine: Ap-  
perirent etiam ex omnium gentium historijs at-  
que annalibus, quod nouæ & graves exactiones,  
etiam honesto nomine petite grauissimas se-  
ditiones & motus procrearint. Ut ex Nice-  
phori lib. 12. historiæ Ecclesiastice cap. 43. &  
Nicolai Boerij tractatu de seditionis §. 1. n. 31. et  
seq. apparet. Nimis enim dura, facile rumpun-  
tur. Et qui nimium emugit, is ferè elicit sanguinem.  
Ac necessitas ad impia cogit. Thebani vi-  
ctos Phocenses ita emunxerunt, ut fanum Apol-  
linis Delphici spoliare cogerentur, & pecuniam  
quærere, qua se liberaret: omnes quidem sacri-  
legium Phocensium reprehendebant, plus tamen  
inuidiae ac turpitudinis Thebanis accessit, à qui-  
bus inhumanier & auarè tractati erant. Iusti-

mus lib. 8. In plurimis quoque obseruatum est,  
 quod sacrilegi & Ecclesiasticorum bonorum ra-  
 ptores, pauperrimi euaserint, quodq[ue] bona sacra,  
 si cum alijs coniungantur, ambo intereant. Quis-  
 quis ergo dinitias conseruare vult, à sacris absti-  
 neat. Periulgatum apud priscos Romanos ver-  
 bum erat: Dives fieri qui vult, Herculi deci-  
 mam soluit. Hoc ad eleemosynas, omniaq[ue] do-  
 na sacra periinet. Cambyses Rex Persarum ad  
 Cyrus apud Xenophonem libro primo, Mul-  
 ti ait cum voluissent omnium esse Domini, di-  
 serunt etiam quæ habebant. Multi quoque ubi  
 dinitias quas maxime optabant, adepti essent,  
 propter illas perierūt. Hinc Iulius Cæsar ut Bel-  
 gas in officio retinoret, ciuitates honorifice appel-  
 labat, Principes ornabat muneribus, nulla one-  
 ra imponebat. Recte olim ab Ioab inclama-  
 uit Abner. 2. Regum cap. 1. Nunquid ad  
 internationem tuus mucro deseniet? an igna-  
 ras quod periculosa sit desperatio? Notatu quo-  
 que dignum est, quod lib. 4. Ezdræ cap. 5. inter  
 extremi iudicij signa recensetur, quando popu-  
 lus vexabitur censu multo. Memorabile ver-  
 bum est, Samuelis 1. Regum cap. 12. Ecce præsto  
 sum, loquimini de me, coram Domino, & corā  
 Christo eius, utrum bouem cuiusque tulerim,  
 aut asinum, si quemquam calumniatus sum, si  
 oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus  
 accepi, contemnam illud hodie, restituamq[ue] vo-  
 bis: & illi dixerunt, non es calumniatus nos,  
 neque

*neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius  
quippiam.*

## QVAESTIO XII.

Quomodo veritatem coleret & diligeret.

## RESPONSIO.

Si statuas, quod magnum dedecus omnibus hominibus sit mentiri: multoq[ue] maiorem notam Regibus inurat: nam quando potestatem habent, quod volunt faciendi, cuius rei gratia mentientur? Deinde si etiam consideres, quod Deus veritatis amator existat.

## COMMENTARIUS.

**D**uæ à viro sapientissimo ex scriptura sa- Psal. 5.  
crarationes afferuntur, quare veritati Proverb.  
studere, eum omnes homines promiscue, 19.  
tum vel in primis Reges & Principes, debeant,  
& contrarium ipsius mendacium fugere. Qua-  
rum prima est, et si posteriore loco ponitur, huins-  
modi: Deus veritas est, & veritatis author, at-  
que unicus eius amator & patronus, mendaci-  
um vero supra modū detestatur: ergo ipsius Ma-  
gistratus, filii, & sectatores, qui diabolo, menda-  
cij authori & parenti, renuncianerunt, verita-  
tem colere, & mendacium detestari tenentur.  
Verissime dixit Regius propheta David: Per-  
des omnes qui loquuntur mendacium. Et fi-  
lius ipsius Salomon: Qui loquitur menda-  
cium, peribit. Abominatio Domino labia do-  
loca: Proverb. 12. Os quod mentitur, occidit  
K 4 animam.

animam. Sapientiae 1. Omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ignis ardantis. Apocalyp. 21. Altera ratio est, quod turpe sit, & sempiternum dedecus afferat mendacium. Epitetus omnium scelerum & iniuriarum autores existere aiebat mendaces, alludens ut videtur ad veram historiam Hebraeorum, quod ex mendatio serpentis omne malum prodierit. Peripateticorum princeps Aristoteles, nihil praeterea mendacem lucrari afferebat, quam, quod nunquam illi etiam vera dicenti crederetur. Idq; viros Principes, qui dicta sua pro factis habent volunt, merito deterrere a mendacio debet: quoniam ipsis gloriam sibi maxime propositam habent. Iam vero: Opprobrium inquit Ecclesiasticus, nequam in homine mendacium. Posterior est fur, quam assiduitas viri mendacis, perditionem autem ambo hæreditabunt. Mores hominum mendacium sine honore, & confusio illorum cum ipsis sine intermissione.

Omnes quidem homines à natura veritatis appetentes sunt, eoq; studio ducti pro veris interdum verisimilia liberiter amplectuntur. Quotquot autem ex mendacio & inanitate pendent, miseri sunt existimandi: Regis vero dignitati & officio mendacium plane repugnat, quare illud merito detestari debet.

Isocrates Nicoclem regem hortatur, ut adeo per omnem vitam appareat veri obseruans, ut suis dictis potius habeatur fides, quam ceteroru*invis*

## HISTORIA.

155

iurirando. Tantum Principis oportere verbum  
valere Alfonsum rex afferbat, quantum pri-  
uatorum iuramentum: meritoq; dolendum scri-  
bit Sylvius, quod saepe mercetricum certiora sunt  
promissa, quam Principum, & frequenter cum  
ipsorum mente pugnet oratio.

Ad hæc, non modo ipsi Principes à menda-  
cio cauere debent, verum etiam declarare, quod  
mendacium detestentur. Verè namq; dixit Sa-  
lonion: Princeps qui libenter audit verba men-  
daci, omnes ministros habet impios. Ideoq; duo Proverb.  
quædam se rogasse ait Deum: ut vanitatem &  
verba mendaci longè faceret ab ipso.

Quam fortis, & præstans, atque rebus om- Lib. 3.  
nibus excellentior sit veritas, pulchre libro ter- cap. 4.  
tio Ezra cap. 4. docetur.

## QVAESTIO XIII.

Quæ sit doctrina, & qui fructus sapientie.

## RESPONSIO.

Vt tu bonis omnibus abundare, & malis  
carere desideras, sapienter egeris, si erga sub-  
ditos & delinquentes te similiter affectum  
declares: honestos & probos humanius &  
æquiori animo admoneas. Nam & Deus in  
sua administratione omnes homines æqui-  
tate prosequitur, & mansuetudine fouet.

## QVAESTIO XIV.

Quomodo humanus & benignus esset.

K 5. RESPON-

Si consideres, quām longo tempore, & in quantis miserijs nascatur humanum genus, alatur & crescat: vnde neque in eos temerè animaduertendum est, neque accusandi sunt: quod omnis hominum vita doloribus semper & afflictionibus obnoxia sit. Hoc si perspicias, in misericordiam profecto verteris, præsertim, si cogites, Deū quoque misericordem existere.

## COMMENTARIUS.

**E**odem fere argumento supra usus est Aristæas ad Regē pro liberatione Iudeorū: debere ipsum erga Iudeos clementiam & misericordiam exercere, qui à Deo exaudiri cuperet. Nam qualem cupiunt esse Christum erga se homines, tales sese proximis exhibere debent. Ut recte olim Iustinianum Augustum admonuerit Agapitus: Erga tuam familiam talem te præbe, qualem tibi optas Dominum tuum contingere. Quia benignitate audimus alios, eadem vicissim & nos audiemur: & quo vulnus inueniunt alios, eodem nos diuinus ille & omnia cernens oculus respiciet. Itaque Dei misericordiam, nostra prouocemus, ut hac via nobis simile simili, beneficium beneficio pensemus.

**Cap. 22.** *Fide q. 51.* Dei quidem Principes imaginem personamq; referre ait: verum cum ex eadem vilissima matraria qua ceteri homines coauerit, decere uti reliqui

reliquis clemens & benignus, sit. Deus enim pius, clemens, & misericors est: Solemq; suum Matth. 5. oriri sinit super bonos & malos : & pluit super iustos & iniustos.

Quod si benignissimus ille Deus statim ho- Lactan-  
minum peccata pro merito vindicaret, nemo tuis de ira  
superesset. Nullus est enim qui nihil peccet, Dei cap.  
& multa sunt, quae ad peccandum irritent, 20. & 21  
etas, violentia, aegritas, occasio, præmium.  
Adeo subiecta est peccato fragilitas carnis,  
qua induiti sumus: ut nisi huic necessitati  
Deus parceret, nimium fortasse pauci viue-  
rent. Iam verò non ad præsens noxium quem-  
que punit, ut habeat homo resipiscendi sua  
facultatem. Apertum quoque C H R I S T I  
verbum est: Serue nequam, omne debitum Matth.  
dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne opor- 18.  
tuit ergo misereri conserui tui, sicut ego tui  
misertus sum? Et: Eadem mensura qua mensi Luce  
fueritis, remetietur vobis. cap. 6.

Huc pertinet illud lib. 4. Ezdræ cap. 15.  
Sicut faciunt hodie electis meis, sic faciam,  
& reddam in similitudinem eorum, dicit Dominus om-  
nipotens.

Fredericus Romanor. Imperator, nimis du-  
ris & crudelibus Principibus vehementer  
mortem pertimescendam esse aiebat, quod si  
miles ipsi tunc iudices essent habituri: ut  
scribit Sylvius ad caput 54. libri secundi Pa-  
normitani de gestis Alphonsi Regis.

Ego,

*Idem in  
cap. 53.*

*Idem in  
cap. 64.*

*Lib. 2.  
cap. 51.*

Ego verò dicebat optimus ille Cæsar, à Deo misericordiam peto, non iustitiam: quid ni ergo me subditis clementem atque misericordem exhibeam? Sigismundus autem beatos fore Principes iudicabat, si exclusis superbis & crudelibus consiliariis, iustitia & misericordia cultores adsciscerent. Panormitanus Alphonsum Regem prædicat, quod in seipso crudeles existere putarit, qui in cunctis subditisq; suos crudelitatem exercent: cum res publica esset velut corpus, & anima Princeps. Casparus Slichius trium Imperatorum Cancellerius: optare se asserebat, quod omnes Reges & Principes aliquando priuati & pauperes fuissent: quod tunc procudatio benigniores essent futuri, teste Sylvio, ad li. 1. Panor. cap. 33.

Scitum est illud Macedonij monachi apud Nicephorum lib. 12. cap. 44. Meminisse te o Imperator oportet, non solum Principem, sed hominē etiā te esse: proinde nō ad Imperij tantū amplitudinem respice, sed naturam quoque ipsam considera. Cum enim homo sis, hominum tibi Imperium commissum est: qui cum eiusdem tecum sint sortis, & conserui adeo tui, tum ab ipsa creatione imagine Dei cohonestati sunt. Itaque ne tam vesana audacia aduersus diuinam imaginem grasseris vide. Imaginis enim Dominum ad iram concitabis, si in eos qui imaginem eius gerunt, senias.

Antoninus dicebat: Nihil magis Imperatorem

tem gentibus commendare, quam clementiam.  
 Vulcianus Gallicanus in Auidio. Alexander  
 Seuerus, obijcenti Mammea matri, & uxori  
 Memmia nimiam ciuitatem, quam molliorem  
 & contemptibilorem potestatem ficeret, respon-  
 dit: Sed securiorem & diuturniorem. Lampri-  
 dius. Praeterea non paucos tyrannos ob crude- Quast. n.  
 litatem regnum amisisse comperitum est: quod  
 nimis dura facile rumpant: & qui nimis  
 emungit, elicit sanguinem. Roboam filius Salo-  
 monis quod nimis durus & crudelis videretur,  
 maximam regni partem amisit: 3. Reg. 12. Ro-  
 manorum Reges ob superbiam, libidine, legumq;  
 contemptum electi sunt. Fenestella cap. 7. P.  
 Latus cap. 15. de sacerdotiis Romanis testantur.  
 Idem Decemuiris accidisse Fenestella cap. 14. re-  
 fert. Etsi vero præcipua virtus in Principe cle-  
 mentia est & mansuetudo, ut Vespasianus iustis  
 etiam supplicijs illacrymaret: tamen habentus  
 clementem esse conuenit, ut Cleomenes aiebat, ne  
 sit contemptui. Nam ita demum, auctore Cice-  
 rone libro primo officiorum, probanda clementia  
 est, si adhibeatur reipublicæ causa severitas, sine  
 qua administrari ciuitas non potest: uti supra  
 quæstione 1. & 3. differui. Similiter fere respon-  
 derur ad questionem 38.

## QVAESTIO XV.

Qui in regia administratione mores in  
 primis necessarij sint.

RESPON-

ARISTAEAE  
RESPONSIΟ.

**Vide q. 3.**

Conseruare se à muneribus incorruptū,  
atque magnam vitæ partem sobrium inui-  
gilare, iustitiamque ante omnia colere, ac il-  
lius amatores sibi conciliare: Deus enim &  
iustos amat.

COMMENTARIVS.

**S**imile propemodum Alcmenes, quærenti  
cuidam: quo pacto regnum optime serua-  
ret, olim respondit: si lucrum non magnifa-  
ceret. Et alteri cuidam roganti: cur à Mes-  
seniis oblata munera recensasset: Quoniam in-  
quit, si receperissem, cum legibus pacem habere  
non possem.

**Exodi. 23.** Nec frustra Moses præcepit: Non accipies  
**Deut. 16.** munera, quæ exceccant prudentes; & subver-  
tunt verba iustorum: exceccant oculos sapien-  
tum, & mutant verba iustorum.

**Prouerb. 15. & 29.** Et sapientissimus ille Salomon: Contur-  
bat domum suam, qui sectatur auaritiam:  
qui autem odit munera, vinet. Rex iustus  
erigit terram, vir auarus destruet eam. Si-

**Cap. 10.** militer Ecclesiasticus: Auaro nihil est sce-  
lestius: nihil est iniquius, quam amare pecu-  
niam: hic enim & animam suam venalem ha-  
bet. Xenia & dona exceccant oculos Iudicum,

**Cap. 20.** & quasi mutus in ore, auertit correctiones eo-  
rum. Ideoq; Esaias capite primo Principes au-  
ros perstringit: quod essent socii furum, diligen-  
ses

*tes munera, & retributio*n*es. Et Micheas 3.  
Principes eius in muneribus indicabant, & sa-  
cerdotes eius in mercede docebant.*

*Huc allusit Iuuenalis satyra 8.*

*Expectata diu tandem prouincia cum te*

*Restorem accipiet, pone irae frena, modumq;*\_z**

*Pone & auaricie, miserere inopum s<sub>o</sub>ciorum.*

Caius Gracchus ex Sardinia rediens ora-  
tionem talem apud populum Romanum ha-  
buit: *Ita versatus sum in Prouincia, ut ne-  
mo posset verè dicere, assēm, aut eo plus in mu-  
neribus me accepisse, aut mea opera quempiam  
sumptum fecisse. Alij vini amphoras quas  
plenas tulerant, eas argento plenas domum re-  
portarunt: ego Zonas, quas plenas argenti Ro-  
ma exculi, ex Prouincia inanes retuli: ut re-  
fert Aulus Gellius lib. 15. cap. 12.*

Tales quoque magistratus atque ministros *Vide q.*  
habere inbetur, qui minime auari sint, ut 65.  
subditos deglubant, deuorentq;*\_z*.

Nullum igitur, authore Cicerone libro se-  
cundo officiorum, tetrins est vitium, quam ana-  
ritia, presertim in Principibus, & rempubli-  
cam administrantibus. Habere enim questus  
republicam non modo turpe, verum etiam de-  
testabile & nefarium est. Multos denique  
hoe vitium florentissimas res publicas euertisse re-  
fert: sicut Apollo Pythius Lacedemonijs pra-  
dixerat, & ipsi Romani senserunt. De sobrietate  
ne questione 70. agetur.

Quod

Quod de vigilia dicitur : pulchre explicat Agapitus : Ut in suā ac suorū salutem gubernator, sic & oculatissima Principis mens perpetuo vigilabile: ut sine naufragij periculo gubernaculū teneat, & iniquitatis iunctus fortiter repellat. Alioqui periculum est, ne uniuersa reipublicæ cymba iniustiæ undis tandem succumbat.

Cap. 10.

Ut in navi si quando nauta quispiam ab officio suo erret, nauigantibus non adeo magnum incommodum adferat, verum si ipse gubernator cesseret, et se et omnes vectores in extremam pernitiem adducit: sic in rebus publicis priuati non tam alijs quam sibi peccando malum accersunt, Princeps vero si male suo munere fungatur, damnum dat uniuersa reipublicæ. Proinde adnigilet, summaq; diligētia omnia tum dicat tum faciat. alioqui penas ingentes Deo erratorum suorū daturus. Ne quadret in illos hoc Naum capite 3. Dormitauerūt pastores tui rex Assur. Iccirco Persarum Rex his verbis, teste Alexander Sardo, mane excitatur: Surge, cogita quae te cogitare voluit Mesoromasdes, quem Zozostrum Dei filium credunt. Cambyses Cyrum filium, Persarum regem, apud Xenophonem, libro primo, docet, ut noctu consideret, quid subditos facere oporteat cum dies aduenierit: interdiu vero quomodo res nocturne pulchre sint ordinandæ. Hinc veteres philosophi Regis imaginem representaturi: sceptrum pingere addito oculo solebant. Et Plato reipublicæ custodes appellavit.

Lib. 2.  
cap. II.

Pellauit Principes. Virgilius propterea creditur Aenee Achatem, qui à sollicitudine curaque dicitur, individuum comitem dedisse. Homerus Agamemnonem cogitabundum finxit.

Unde illud:

*Non decet integrā somno traducere noctem,  
Cuius sunt populi & commissa negotia cura.  
Non licet dormire, qui clauso assidet in navi, &  
Princeps in republica dormit, ut anima pere-  
ant? Nunquam bono patrifamilias deest quod  
curet in una domo, et Principi deerit quod agat  
in tā vasta ditione, et tot amplissimis Provincijs.*

Vestfesianum Imperatorem commendat Suetonius, quod in principatu maturius semper, ac de nocte vigilarit, deinde perfectis epistolis officiorumq; omnium breuiarijs, amicos admiserit: ac dum salutabatur, & calciabat ipse sese, & amiciebat. Utinam ergo Christiani Principes hoc periculosisimo tempore attenderent, quam exactam aliquando Christo Domino, gesti magistratus rationem reddituri sint, ijs quoque de rebus, que ipsis ignorantibus designantur. Iso-  
crates & Demosthenes, Athenienses adeo fre-  
quenter admonebant, hostium vires in immen-  
sum excrescere, rem publicam contrā detrimen-  
tum capere: non ipsorum quidem hostium virtu-  
te, sed Atheniensium ignavia. Et M. Cicero  
libro 2. officiorum: Tanta sublata legibus & iu-  
dicijs expilatio direptioq; sociorum, ut imbecilli-  
tate aliorū, non nostra virtute valeamus. Sic re-

Cap. qua-  
nis ext. de  
reg. Iuris  
et cap. Ea  
que, de of-  
fitio Ar-  
chidiaco-

L spublica

spublica Christiana perturbatur, abominande  
haereses excrescunt, multi aberrant, multi sedu-  
cuntur, occiduntur multi, plurimi spoliantur,  
propter negligentiam Principum. Quām graue  
erit in extremo iudicij die, de tot sacrilegijs, ra-  
pinis, furtis, grauissimisque iniurijs bonorum,  
quæ dormiente Principe fiunt, respondere?  
Quām periculosum tunc erit, sua negligentia  
tot nobilissimas animas, Christi sanguine redē-  
ptas, falsa doctrina & haeresibus periisse?

Beatus Chrysostomus asseuerat, plurimos  
Episcopos, propter summam negligentiam, cum  
innumeris undique oculis ut aduigilarent opus  
haberet, condemnari: quod vel unius interitus,  
quem diligentia Episcopi conseruare potuisset,  
ipsius quoque salutem subuertat. Samuel Pro-  
pheta per singulos annos circumibat, visitabat,  
Act. 20. indicabatq; populum Israel. Et D. Paulus A-  
postolus suam diligentiam Episcopis ad imitan-  
dum proposuit. Diligenter, inquit, Salomon, ag-  
Proverb. nosce vultum pecoris tui, tuosque greges conside-  
27. cap. ra. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui  
24. trahuntur ad interitum liberare ne cesses.

Tertio loco praecepitur de iustitia, quæ sum-  
mopere Principi necessaria est: ut secundus  
respondit.

### QVAESTIO XVI.

In quo pietas consistat; vel, quod sit pie-  
tatis robur:

RESPON.

## RESPONSIΟ.

Cognoscere quia Deus omnia operatur  
in omnibus, & scit, neque eum lateat quic-  
quam, quod homines bene vel perperam  
agunt. Si ergo ut vniuersum orbem Deus  
sua benignitate fouet, tu eum imiteris,  
nusquam aberrabis, aut delinques.

## COMMENTARIUS.

**T**Hales Milesius dicebat, fore homines ca-  
stiores, si existimarent Deos omnia cerne-  
re, deorumq; omnia esse plena, ut refert  
Cicero libro 2. de legibus. Et Symmachus urbis  
prefectus, ad Valentinianū Imperatore Christianū, apud Ambrosium lib. 5. epistolarū: Plu-  
rimū, inquit, valet ad metum delinquendi, præ-  
sentia religionis. Similiter Ambrosius lib. 1. offi-  
ciorū cap. 26. Nihil magis proficit ad vitā hone-  
stā, quam ut credamus enī iudicem futurū, quē  
& occulta nō fallant, & indecora offendant, &  
honestā delectat. Vnde David Psal. 15. Provi-  
debam Dominū in conspectu meo semper. Et Psal.  
118. Seruani mandata tua, quia oēs viae mee in  
conspectu tuo. Eiusdemq; filius Salomon: In omni  
loco oculi Domini contemplantur bonos & ma-  
los. Proverb. 15. Et cap. 5. Respicit Dominus  
viam hominis, & omnes gressus eius consi-  
derat: iniquitates sue capiunt impium, &  
sinsib; peccatorum suorum constringitur. Rur-  
sus capite 16. Omnes viae hominum pa-  
tent oculis Domini, & spirituum ponde-  
rator

rator est Dominus. Et Ecclesiastes capite ultimo: Cuncta quæ sunt adducet Deus in iudicium pro omni errato, sive bonum sive malum sit. Et tunc malitia horæ obliuionem facit luxuriae magna, & in fine hominis denudatio operū illius. Ecclesiast. ii. Laus impiorum brevis est: & gaudium hypocritæ ad instar puncti: si ascenderit usque ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tergerit, quasi sterquilinum in fine perdetur. Et qui eum viderant, dicent: Vbi est? Velut somnium auolans non inuenietur, transiit sicut visio nocturna. Filii eius atterentur aegestate. Cum habuerit quæ concupierat, possidere non poterit. Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur. Job. capite 20. Et rursus 21. Impi quidem ducunt in bono dies suos, at in momento ad infernum descendunt. Job. 21. Qui faciunt iniquitatem & peccatum, hostes sunt animæ sue Tob. 12.

Similiter David Rex Psal. 5. Non Deus volens iniquitatē tu es, neq; habitabit iuxta te malignus; neq; permanebit iniusti ante oculos tuos. Odiisti oēs qui operantur iniquitatē. Et Psal. 10. Qui diligit iniquitatē, odit animā suā. Et Psal. 36. Vidi impiū superexaltatiū & eleuatum sicut cedros Libani: irāsui, et ecce nō erat: quæsui, non est iuuentus locus eius. Iterū Psal. 61. Reddes unicuiq; iuxta opera sua. Et Psal. 67. Ad nihil deuenient tanquā aqua decurrēs, sicut cera quæ fluit a facie ignis. Rursus Psal. 118. Longe a peccatoribus salus. Maledicti qui declinant a mandatis

datis tuis. Lib. 4. Ezdræ cap. 15. Væ ijs qui pec-  
 cant, & non obseruant mandata mea, dicit Do-  
 minus, non parcam ijs. Et 2. Machabæorum  
 4. In leges diuinæ agere impiè nemini cedit im-  
 pune. Altissimus enim odio habet peccatores, &  
 impijs reddet vindictam: Ecclesiastici 12. Hoc  
 David Psal. 105. Iudeis accidisse probat: Obliti  
 sunt Deum, qui saluanit eos: & dixit ut disper-  
 deret eos, & deiceret semen eorum in natio-  
 bus: si non Moses dilectus eius stetisset in conspe-  
 ctu eius: Iratus furore Dominus in populo suo:  
 & abominatus est hæreditatem suam: & tra-  
 didit eos in manus g̃etium, & tribulauerunt eos  
 inimici eorum, & humiliati sunt in iniquita-  
 tibus suis. Timenti vero Deum bene erit in no-  
 nissimis, & in die defunctionis sue benedicetur,  
 Ecclesiast. 1. Deum time, & mandata eius custo-  
 di, hoc est enim omnis homo, Ecclesiastes vlt. Cu-  
 stoditio legum consummatio incorruptionis est:  
 incorruptio autem facit proximum Deo, Sapi-  
 entia 6. Breuiter, qui bona egerunt, ibunt in vi-  
 tam æternā: qui vero male egerunt, in igne æter-  
 num, ubi erit fletus, et stridor dentium, Matth.  
 26. Omnes nos ante tribunal Christi manifesta-  
 ri oportet, ut referat unusquisque prout gessit.  
Quo argumento utitur S. Ambrosius ad virgi-  
 nem lapsam capite 9. Retulit supra Aristreas:  
 quod Moses Iudeis præceperit, ut in portis ia-  
 nuijsq; sacra quædam eloquia scriberentur, que  
 ab honestis rebus eos auocarent, & in pietatis

atque virtutum studio confirmaret. Quod etiam Salomon consulit Proverbiorum 7. Liga in digitis tuis legem Domini. Et cap. 6. Circundagusturi tuo, cum ambulaueris, gradiantur tecum, cum dormieris, custodiant te: & enigilans loquere cum iis: quia mandatum lucerna est, & lex lux, & via vita increpatio discipline. Tale sit hoc Davidis Psalmo. 74. Deus index est, & illud Ecclesiastici cap. 7. Memorare nouissima tua, & in aeternum non peccabis. Et cap. 14. Memor esto, quoniam mors non tardat, vel Deus videret. Memento finis. Cogita iudicium. Nosc te ipsum, id est, excellentiae tuæ memor, ne te abiicias, ut bestiæ, aut, ne superbias terra et cinis. Vide quis sis. Vnde ut viuas. Semē quod severis, metes. De omni verbo ocioso reddenda est ratio. Matth. 12. Voluntas Dei est sanctificatio nostra. 1. Thessalo. 4. Media vita in morte sumus.

Angeli in celo gaudent de piis & bonis hominibus Luca 15. contra, Super peccatoribus ipse etiam Christus contrastatur & flet, Luca 19.

Maximilianus Primus Ro. Imperator aureis nummis inscriperat: Serua mensuram, & respice finem. D. Chrysostomus ad Eutropium scribens, hortatur ut omnes homines, precipue verò qui in dignitatibus constituti sunt, in partibus, in vestibus, in ianuis, & ante omnia in cōlib. 17. cap. scientijs inscribant: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Epictetus philosophus impeccabiles for-

re, vitamq; trāquillissimā victuros affirmabat,  
qui duo ista verba cordi haberent : avēx& xai  
awēx&. id est, sustine & abstine.

Idem Enchiridiū capite 50. iubet considerare, breuem incertamq; voluptatem, quam diuturna pœna, & sempiternus cruciatus consequatur. Nam momentaneum est, quod delebat: sempiternum, verò, quod cruciat. Aureū Clementis Alexandrini consilium est, lib. 3. paedagogi cap. 5. Oportet domi parentum & famulorum pudore affici, in via eorum qui sunt obuiam, in solitudine sui ipsius, ubiq; autem verbi, quod est ubiq;. Hac enim sola ratione fit, ut quis nunquā labatur, si Deum sibi ubique adesse existimat. Deus namque, ut Prudentius cecinit:

Speculator astat desuper,  
Qui nos diebus omnibus,  
Actusque nostros prospicit,  
A luce prima in vesperum.  
Hic testis, hic est arbiter.  
Hic intuetur quicquid est,  
Humana quod mens concipit.  
Hunc nemo fallit indicem.

Eodem prorsus argumento vititur Basilius Magnus in libro de virginitate: Nō peccaturos homines, si non putent se ministris suis, coram quibus delinquare timent, viliores: sed reverantur & se, & Angelum suum, omniaq; videntem atque audientem Deum metuant. Adhuc, non solum ab operibus turpibus cessa-

turos arbitratur, verum etiam in honestis cogitationibus, si considerent: quod omnes coram Christi tribunali comparere cogantur, ut operum suorum anima, tanquam pictor aliquis bonus sine malo mercedem a Deo recipiat.

**Quest. 11.** Interrogatus quandoque Basilius: quomodo compend. aliquis odium contra peccata acquirat: respondebit: Si cognoscat, quod grauissimum malorum authores & cause sunt peccata: & quod ea Deus volet, ut scriptura sacra minatur, punire. **Et 209.**

**Quest.**  
**174.** rentibus alijs, quomodo pietatem colerent, mandatisq<sub>z</sub> Dei libenter obtemperarent: Si inquit, peccata odio prosequantur, quae animum impediunt, credant etiam quod mandatum Dei vita aeterna est, quam omnes id seruantes certissime sint consecuturi. Iuxta illud Davidis Psal. 18. In custodiendis illis retributio multa.

Quotquot autem audacter delinquent, quasi Deus eorum scelera non videret, nec ea puniturus esset, eleganter castigat Esaias capite 29. Et Michaeas cap. 3. Dicunt: Nunquid Dominus in medio nostrorum? Non venient super nos mala. Propter hoc, causa vestri Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi acerius lapidū erit, & mons templi in excelsa syluarum. Similiter Ecclesiasticus cap. 23. Dicit adulter: Quis me videt? tenebrae circundant me, parietes cooperiunt me, quem vereor? delictorum meorum non memorabatur altissimus: Et non intellexit, quoniam videt oculus illius, & quoniam oculi Domini

Domini multo plus lucidiores sunt per solem,  
circunsipientes omnes vias hominum, & pro-  
fundum abyssi, & hominum corda inuenientes in  
absconditas partes. Et cap. 5. Ne dixeris: Quis  
me subiicit propter facta mea. Deus enim vin-  
dicans vindicabit. Eodem referendum est illud  
Davidis Psal. 49. Intelligite hæc qui obliuisci-  
mini Deum, ne quando rapiat, & non sit qui  
cripiat.

## QUAESTIO XVII.

Quis esset modus & officium regnandi.

## RESPONSIO.

Recte seipsum regere: & tunc nihil ex *Vide*  
*opum & gloriæ confidentia concupisces, quest. 64.*  
quod sit elatum atque indecens, si tuam <sup>21</sup>  
sortem diligenter perpenderis: omniaque  
tua quasi nihil sint arbitreri. Deus vacat  
omni cupiditate plura habendi, & est equus:  
hoc & tu, ut homo, considera, neque multas  
iurisdictiones ad tuum regnum pertrahere  
cupias.

## COMMENTARIUS.

**C**rus Persarum Rex dicere solebat:  
quod neminem deceret imperare, nisi qui  
subditis esset melior. Et cum Leonidae  
Spartanorum Regi dixisset quidam: Præter re-  
giam dignitatem alio nihil nobis prestas, respon-  
dit: *Nisi vobis melior extitissim, dignitatem*  
*Regiam adeptus non essem. Solon, unus e septem*  
*sapientibus Gracie, interrogatus: qualis populi*

L. 5. rector

vector esse deberet: *Qui prius, ait, seipsum quam populum regere, virtuteq; moderari studeret.*  
*Agesilaus Rex Lacedemoniorum maius asserebat existere, suis affectibus imperare, quam præpollentem hostium urbem vi capere.* *Quemadmodum Salomon quoque noster: Melior est qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.* *Pulchre quoque Seneca: Si vis omnia tibi subiucere, subiice terationi: multos reges, si te ratio regat.*

*Rex est qui posuit metus,  
Et diri mala pectoris.*

*Mens Regum bona possidet.*

*Et Horatius lib. 2. carminum, ode 2.*

*Latius regnes audiū domando  
Spiritum, quam si Lybiam remotis  
Gadibus iungas.*

*Et Iuuenalis satyra 8.*

*Expectata diu tandem Prouincia cum te,  
Rectorem accipiet, pone iræ frena, modumq;  
Pone & auaricie, miserere inopum socrorum:  
Respice quid moueant leges, quid curia mandet.*

*Et Claudianus.*

*Tu licet extremos latè dominere per Iudos,  
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent:  
Si metuis, si praua cupis, si duceris ira,  
Seruity patiere ingum, tolerabis iniquas  
Interius leges: tunc omnia iure tenebis,  
Cum poteris rex esse tui.*

*Certe*

Certè libidinum seruos, & cupiditatū mancipia, atq; tyrannos, nulla gens pro regibus habuit, sed pro omnium seruorum contemptissimis. Eleganter etiam Cicero in paradoxis: Quomodo, aut cui tandem hic liberè imperabit, qui non potest cupiditatibus suis imperare? Refrenet primum libidines, spernat volupates, iracundiam teneat, coērceat auaritiam, ceteras animi labes repellat: tum incipiat alijs imperare, cum ipse improbissimis Dominis, dedecori ac turpitudini parere desierit. Nec enim Alexander Magnus vere Rex fuisse videtur, qui orbis terrarum domitor, insatiabilem regnandi cupiditatem, iracundiam, temulentiamq; domare nequinit. De Hercule cecinit non ineleganter Mantuanus:

*Omnia qui domuit, Veneri seruinit, & ira.*

Isoocrates ad Nicoclem prescripsit, Regis partes esse, ut rem publicam ex pusilla magnam reddit, malis finem imponat, felicitatemque tueatur: & hoc eniti, ut ceteris antecellat prudenter, & quantum ceteris anteit honoribus, tantum virtutibus præcedat: imperetque primum sibi. S. Ambrosius bonos demum Reges appellat, In Psal. qui sui corporis possunt se præbere Rectores. 47.

B. Chrysostomus in libro de comparatione regis & monachi scribit: Is demum vere rex est, qui iram, qui inuidiam, qui voluptatem cohibens, omnia sub Dei leges agit, mentem liberam seruans, neque patiens voluptatum dominatio-

nem animo suo imperitare. Talem equidem regē  
libēter viderem, & populis, & terrae, & mari,  
& ciuitatibus, et exercitibus iura dantem. Qui  
vero sibi ipsi imperare nescit, hic quo tandem  
modo alios legibus regere poterit? Etsi hominibus  
imperare videatur, ira tamen, anaritia, volup-  
tibus seruit: subditis suis ridiculus videbitur,  
quod coronam quidem gestet gemmis auroque  
intertextam temperantie vero corona minime  
insignis est: & purpureo quidem paludamento  
toto corpore fulget, animum autem inornatum  
habet. Verumq; monachum, verum regem exi-  
stere probat: quod affectibus suis recte imperare  
norit. In caput vero 10. Luca: In nullo sit minor  
qui cūctis est potior: nec ideo melior quia maior:  
sed ideo maior quia melior. Princeps, inquit ad  
Iustinianum C̄esarem Agapitus, sic demum  
verè pronunciaris, si cupiditatibus imperes, &  
à voluptatibus temperes, & temperantie corona  
redimitus, ac iustitiae purpura fueris induitus.  
Omnem aliam potestatem quantumvis magnā  
mors excipit: tale Imperium perpetuo durat, &  
ab eterno supplitio liberat. Quocirca Alphonsus  
Aragonum Rex, vita & moribus, atque autho-  
ritate Regem se haberi malle aiebat, quam pur-  
pura & diadema. Admodum quoque turpe  
iudicabat, cum alijs imperare, qui seipsum re-  
gere nesciret. & improbè agere Principes, qui  
alijs honestè viuendi leges præsiberent, ipsi ve-  
ro nihil temperantiores essent: ut narrat Pa-  
normitanus.

Lib.18.  
cap.24.

Lib.2.  
cap.56.

Lib.4.  
cap.20.

normitanus. Sigismundus Imperator, teste Sylvio, necessarium Principibus arbitrabatur, ut virtutibus confirmati, nec prosperis rebus attollerentur, nec dicerentur aduersis. Tiberius Imperator apud Nicephorum Calixtum fatetur, nec ad voluptatem, nec ad corporis delicias conlectandas a Deo sibi traditum Imperium. Tibे- Lib. 18.  
 ry successorem Mauritium prædicat Nicepho- cap. 6.  
 rus, quod sibi ipsi imperarit, & non corpore tan- Lib. 18.  
 tum purpuram coronamq; circumtulerit, verū cap. 8.  
 & animo. Cum ergo affectus suos exscindere Quesl. 21.  
 Regibus difficile sit, ut infra declarabitur, non mirū est, quod pauci veri Reges habeantur. Pri-  
 mum enim & præcipuum in arte regnandi est,  
 seipsum regere, tenere omnes cupiditates, coer-  
 cere libidines, animi motus ratione comprimere,  
 totiusq; mentis statum recte moderari. Deinde  
 cui tantū munus impositum est, operam dare co-  
 getur, ut provincias subditosq; norit: nemo enim  
 potest mederi corpori, nisi cognito, aut agrum co-  
 lere quem ignorat. Tum Rempub. suam amet,  
 non secūs quam domum paternam, sine auitum  
 agrū rusticus, & familiam suā vir bonus. Nec  
 enim vel equis vel canibus recte quisquam potest  
 imperare, nisi amet, & delectetur ijs, quorum  
 curam gerere debet. Pcfremo, acceptam reddat  
 meliorem, perturbatam constituat, oppressam li-  
 beret, omnes cives, quantum fieri possit, continen-  
 tes & moderatos efficiat: virtutumq; omnium  
 præsidio communiat. Adhac, cum capitulis etiā

Vide  
Chrysost.  
in cap. 10.

Luce.

sue

*sui periculo, propugnet, tueatur, atque defensat, Ut vere PATER PATRIÆ à posteris appellatur. Iulus Cæsar Belgas in officio retenturus, ciuitates honorifice appellabat, Principes ornabat muneribus, nulla onera imponebat. Reges atque secularres Principes inst-*

*Psal. 77. tentur Davidem, quem elegit Deus pascere Jacob seruum suum, & Israël hæreditatem suam: panit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum deduxit eos. Episcopi vero attendant Samuelem: Presto*

*1. Reg. cap. sum, loquimini de me coram Domino: Vtrum bonum cuiusque tulerim, aut asinum, si quemque calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de*

*Vide manu cuiusquam munus accepi: Testis est Chrysost. Dominus aduersum vos, et testis est C H R I S. in cap. 10. T V S in die hac, quia non inuenieritis in manu mea quippiam. Simile est Pauli Apostoli*

*1. Corin. verbum. Omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus euangelio Christi: Omnibus omnia factus sum, ut omnes saluos facerem. Instan-*

*2. cap. II. tia mea quotidiana, solicitude omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalisatur, & ego non error?*

*cap. 32. Rectorem te posuerunt, inquit Ecclesiasticus, noli extolliri, esto quasi unus ex ipsis, curam illorum habe. Sicut Traianus, talem se imperatorem subditis praefiturum recipiebat, qualem ipse priuatus cuperet.*

*Omnino qui reipublica præfuturi sunt, duo  
Platonis*

Platonis præcepta teneat. Vnum, ut utilitatem Cicero ciuum sic tueantur, ut omnia ad eam referant, lib. 1. offici oblii ciomodorum suorum. Alterum, ut totum ciorum corpus reipublicæ current. Nam qui parti ciuium consulunt, reliquas negligunt, rem pernitiissimam in ciuitatem inducunt, seditionem atq; discordiam. Omninoq; iustitia & honestati ad hærescit: & quemuis offendat potius, opperatq; 42. & 55. mortem, quam illa deserat. Est enim, teste Chrysostomo, Imperatorum pro omnibus, si necesse sit, mori, & nullum pro republica recusare suppli- cium. Äqualiter Deo est cura de omnibus: &, Sapien. 6. Iupiter omnibus idem. Et, Iesus stetit in medio Ioan. 20. discipulorum. Si omnes äqualiter curari non possunt, nemo negligatur.

## QVAESTIO XVIII.

Quomodo semper bonas cogitationes haberet?

## RESPONSIΟ.

Si semper tibi iusta proposueris, statuaſ- que, iniustitiam vitæ priuationem esse, atq; pernitiem, iustis vero Deum bona præpara- rare.

## COMMENTARIUS.

**P**lurimū ad hoc proderint illa, quæ 15. 16. 17. quæstione annotata sunt. Deinde si considerent bonos atque iustos Principes Proverb. diu fere & feliciter Imperare, & coronam 27. in calis à Deo recipere; contra vero virum sanguinum

*Psal. 52.* sanguinum & dolosum abominetur Dominus,  
nec tales dimidient dies suos. Et quod futurum  
*Sapien. 6.* sit iudicium durissimum in his, qui male pre-  
sunt, ac potentes potenter tormenta patientur,  
fortibusq; fortior inflet cruciatio. Longe etiam  
peccata Principum graviora, quam aliorum  
iudicantur: tum quia maioribus a Deo benefi-  
ciosi affecti sunt, ut supra Aristaeas quoque pro-  
fitebatur, tum etiam quod plus exemplo quam  
peccato noceant, quando omnes facile illos imi-  
tantur: eorumq; vitia in totam rem publicam  
transfunduntur, teste Cicerone lib. 2. de legibus.

Huc pertinet illud Iuuenalis satyra 8.

*Omne animi vitium tanto conspicuum in se*  
*Crimen habet, quanto maior qui peccat habe-*  
*tur.*

## QVAESTIO XIX.

Quomodo in sommo quietus esset?

### RESPONSIO.

Rem explicatu difficilem, ô Rex, quæ-  
ris. Nam in his, quæ in somno dormienti-  
bus eueniunt, non tam regimus nos ipsos,  
quam sensu irrationali circa illa ducimur:  
& sic ijs aliquando afficimur, quasi cernere-  
mus; idque sine ratione. Ut saepe putamus  
nos in mare ferri, nauibus vehi, vendere ali-  
quid, aut volare, peregrinari, similiaque fa-  
cere, quæ tandem experimur non extitisse.  
Et si verò hæc res difficultatem habet, ta-  
men

men quantum ego intelligentia assequi possum, sic tibi faciendum est, Ut quicquid agis dicisue, referas ad pietatem. Exploratè enim tibi cognitum est, quod vbi meditari ea quæ sunt virtutis, nihil in gratiam vel odium alicuius præter ius agas. Plerunque verò ea in somno recurunt, quibus vigilantes occupabamur. Quisquis ergo omnes cogitationes actionesque suas ad optimam & honestissimam quæq; destinatas habet non absurdas ille in somno commotiones habebit. Sicut tu Rex perpetua es animi æquabilitate præditus.

## COMMENTARIUS.

**A** pud veteres plurimi diuinatores, somniorumq; interpres habebantur. Aristoteles quoque peculiarem librum de divinatione ex insomnijs scriptum reliquit. Marcus etiam Cicero duobus de divinatione libris eleganter quedam de hoc arguento differuit. Quoniam prius sic loquitur: Jubet Plato sic ad somnum profici corporibus affectis, ut nihil sit quod errorem animis perturbationemque afferat. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habeat inflacionem magnum is cibus, tranquillitati mentis vera querenti, contrarium. Cum ergo est somno senocatus animus à societate & contagione corporis, tum meminit præteriorum, præsentia cernit, futura præuidet: iacet enim corpus dor-

M. mi-

mientis ut mortui, vinit autem & viget animus. Quod multo magis faciet post mortem, cu omnino è corpore excesserit. Varia quoque ibi exempla refert, qui diuinarent.

Pythagorai verò non tantum fabis abstinent, quod narrat Cicero, verum etiam somnum petituri ad lyram prius lenire mentes solebant, ut si quid fuisset turbidiorum cogitationum cōponerent. quod Fabris lib. 9. oratoriarum institu-

*Libr. 3. de virginib.* tioneum cap. 4. testatur. D. Ambrosius virgines hortatur, sic vitam componere, ut orantes diuinaque meditantes somnus excipiat: ridiculus enim illi Pythagoreorum mos videtur, studiorum secularia secularibus abolere, & remedium à voluptate querere. Apud Indos olim quoties Rex dormitum ibat, aulici tibiis canentes precabantur, ut Rex bonis somniis viceret, & recte subditis consuleret. Seno Eleates & suis quemque somniis rectissime intelligere aiebat, quantum in philosophia profecisset: si nihil illic vel faceret, vel appeteret rei nefarie: quod tunc tranquillus unusquis veros affectus proderet. Aliquos Principes intellige post caenam nec ultras forcè redditas literas inscindere, nec grauioribus de rebus differentes audire, ut animo tranquillo dormiant. Alij quod memoria tenaciter insigere volunt, vesperi relegunt, mane repetentes. Notum est prouerbium: De nocte consilium.

*Qui nimis superstitione omnia somnia obser-*

nabat, ijsq; vel gandebant, vel terrebantur, eos  
Diogenes Cynicus, tali propemodum oratione ob-  
iurgauit: Quæ vigilantes agitis non curatis,  
quaæ dormientes imaginamini solicite requiritis?  
D. quog; Hieronymus in illud Ecclesiastis quin-  
to: In multitudine somniorum vanitates, & ver-  
ba plurima, sed Deum timet: Ne, inquit,  
somnijs facile credas. Cum enim diuersa vi-  
deris per nocturnam quietem, & varijs ani-  
ma fuerit exagitata terroribus, sive incitata  
promissis, tu ea contemne quæ somnijs sunt: & so-  
lum Deum timet. Qui enim somnijs crediderit,  
vanitatibus se & ineptijs tradet. Non obserua-  
bitis somnia, inquit Moses Leuiticii 19. Deum  
tamen aliquando per somnia voluntatem suam  
hominibus demonstrare quartus asseueravit.

Cicero libro primo de divinatione putat: De-  
os cum dormientibus sèpè colloqui: & multa per  
somnium percepturos homines, si ad quietem,  
integri atque sobrij irent, quando cibo potuque  
onustis, porturbata & confusa turpiaque som-  
nia euenient. Qua de re apud Juris Canonici  
Doctores distinct. 6. Egregia docentur: & nos  
partim libro secundo officiorum scholasticorum  
partim in institutione monachi locum hunc per-  
purgauimus.

Pulchrum est illud Prudentij:  
Fac cum vocant' somno  
Castum petes cubilg;  
Frontem locumque cordis

Crucis figura signet.  
 Crux pellit omng' crimen.,,  
 Fugient erucem, tenebræ  
 Tali dicata signo  
 Mens fluctuare nescit.  
 O quam profunda iustis  
 Arcana per soporem.  
Aperit tuenda CHRISTVS.  
Quam clara, quam tacenda  
Evangeliſta summi  
Fidissimus magistri,  
Signata, que latebant.,  
Nebulis videt remotis?

## ARISTEAS.

Hoc approbato , ad alium dixit Rex  
 Postquam tu decimo loco dicturus es, vbi  
 responderis, ad conuiuium properabimus.

## QVAESTIO XX.

Quomodo nihil indignum ageret.

## SOLVTO:

Si aſſiduè inspicias in tuam gloriam, Ex-  
 cellentiamque dignitatis tuæ: & illis conue-  
 nientia ſemper loqui & cogitare ſtudeas: ex-  
 pendas quoquæ omnes, quibus tu imperas  
 de te ſemper cogitare & loqui. Nec quicquā  
 debet in te eſſe ſimulatum & fictum: Hoc  
 aliij cernentes ſimiliter omnes agere ſtude-  
 bunt. Verū tu nihil ſimulas nequæ es rex  
 perſonatus, ſed preſtas regem verum, ex gra-  
 tia

tia DEI, qui pro morum tuorum præstantia, dignum tibi Imperium tribuit.

## COMMENTARIUS.

**R**ÈCTÈ Princeps gubernabit, si leges sequatur, nihil eorum prætermittat quæ decent: agat verò omnia moderatè atque iuste, ut semper absit improbitas. Duas enim pœnitentia sibi partes vendicat:

Sum Dea quæ facti, non facti, exigo pœnas. Id verò tum rectius obseruabit, si consideret ea, quæ quest. 16. & 17. atq; 18. prescripsi: & quid omnes cives principis vitam & mores imitentur: ut plus exemplo, quam peccato noceant. Nec Cicero li. tantum malum est, peccare principes, quanquā 2. de legib. est hoc magnum per seipsum malum, quantum illud, per quod multi eorum imitatores existant: ac qualemcumque mutationem morum in Principibus, eadem in populo mox sequatur. Quicquid ergo agit, recordetur se Principem esse Christi Vicarium, hominum Regem, cuius viuis & cupiditatibus ut tota res publica inficiatur, sic virtutibus & continentia emendetur cor rigaturq;. Tot animarum rei fore creduntur homines, quot eorum exemplo, doctrina, culpa, perierint: contra vero roties beati erunt, quot seruarint, ut epulonis historia Luce 16. declarat. Sicut ergo mali Principes in abundantia bonorum verè miseri atque infelices sunt, ita boni contra, ter fælices atq; beati. ut rectè dixerit, Claudi annis.

Hic te præterea crebro sermone monebo,  
 Ut te totius medio telluris in orbis  
 Viuere cognoscas, cunctis tua gentibus eis  
 Facta palam, nec posse dari Regalibus unquam  
 Secretum vitiis. Fr:

Regis ad exemplum neque sic cōponere sensus  
 Humanos edicta valent, quam vita regentis.

Memorabile Scipionis verbum est: cui cū  
 milites præstanti forma virginem obtulisse-  
 sent, respondit: libenter equidem acciperem,  
 si priuatus essem. Hortatur itaque Prin-  
 cipes atque magistratus Plutarchus, ut recor-  
 dentur, se in aperto medioq; spectaculo ante  
 omnium oculos versari, ut non modo sim-  
 gula eorum facta & verba, sed ioci quoque,  
 uxor, familia, gestus notentur, trahantur  
 ab omnibus in exemplum, totamq; rempub-  
 licam peruadant. Quod si non tam facile e-  
 rit omnia statim vicia extergere, illa certe ca-  
 uantur, quæ apparent maxime, & primæ  
 aspectu occurruunt. Isocrates quoque Nico-  
 clem admonet: Considera semper quid dicas  
 vel facias, ut in errata quam minima in-  
 cidas: si aliqua re parum honesta contige-  
 rit te delectari, fac clam id agas: quoties ve-  
 rò in maximis versaberis negotiis, populum te-  
 stem adhibe.

Eodem pertinet illud Ciceronis lib. 2. of-  
 ficiorum: Si quis habet causam celebritatis  
 & nominis, in hunc oculi omnium coniuci-

untur, atque in eum quid agat, quemadmodum  
viuat, inquiritur, & tanquam in clarissima  
luce versetur, ita nullum obscurum potest nec  
dictum eius esse, nec factum.

*Quod cum omni magistratu promiscue,  
tum vero Episcopis, prælatis, atque parochis in  
primis aduertendum est.*

### A R I S T E A S.

Hæc rex cum sibi per placere magno aplausu declarasset, conuiuumque in sa- *Tertius*  
tis longum tempus pro traxissent, tandem *dies con-*  
*iussit* illos viros duci cubitum. Quo sa- *uiij.*  
cto, parabantur quæ ad sequentis diei con-  
uiuum instruendum pertinerent. Sequen-  
ti ergo die, cum eodem ordine discum-  
berent, rex vbi tempus quærendi adesse  
putabat, primum ex reliquis nondum ro-  
gatis interrogauit.

### Q V A E S T I O XXI.

*Quod imperium esset optimum?*

### R E S P O N S I O.

Sibi ipsi imperare, nec indulgere affecti-  
bus. Inest enim hominibus à natura, vt sint  
pni & inclinati ad aliquid persequendum.  
Vulgus ferè ad cōmillationes, potatiōes, ali-  
asq; voluptates inclinatur. Reges vero pu-  
tāt, sibi p suę potētię & dignitatis amplitu-  
dine cōuenire, rēgionū subiugationem. Sed  
modus est in omnibus rebus pulcherrimus.  
Tu ergò rex cōserua & tuere quæ Deus tibi

tribnit: quæ verò ad te non pertinent, & ad quæ tibi non datur accessus iustus, illa ne concupiscas.

### COMMENTARIUS.

**Q**uod non solum reble rempublicam gubernare, verum etiam sibi ipsis imperare Reges teneantur questione 17. comprobatum est: Ut non abs re vulgo dicatur. Nihil propemodo difficultius esse, quam rectè Imperare: eamque omnium reliquarum artium & difficilimam existens, & periculosisimam.

Panor. li. Propereaq; Antigonus Rex gloriosam servit, cap. 32. tutem regnum appellabat. Et Alphonsns Rex optare solebat, subditos suos parvo tempore Reges fuisse, furrum ratus, ut curas & pericula verorum Regum experti, rectius sese gererent. Idem lib. Cumq; rusticum aliquando uinas cum voluptate, cap. 32. te & otio edere videret. uinam, inquit, & mihi Deus similiter ederet dedisset.

Alio tempore senex quidam regi, nescio quae de re, molestus erat inter prandendum, ad quem Rex: Melius est asinum esse, quam Regem, quia illis edentibus domini parcunt, regibus nemo.

Vide plura qu. 81. Saturninus apud Spartanū: Nescitis, ait, amici, quid malum sit imperare. Gladii & telae nostris cervicibus impendent, imminent hasta undique, undique spicula, ipsi custodes rimentur, ipsi comites formidantur. non cibus pro voluptate, non iter pro auctoritate, non bella pro iudicio:

*civ, non arma pro studio. Quod imperatorem  
me cupitis, in necessitatem mortis me trahitis.  
Ut non frustra dixerit Ecclesiasticus, capitulo 10.  
Omnis potentatus brevis vite.*

*Quod autem libido dominandi magnos Prin-  
cipes ferè ad in honesta compellat, ut omnis iusti-  
tia atque aequitatis obliuiscantur, dummodo po-  
tentiam acquirant, indicat Euripides: Nam si Cicero 3.  
violandum est ius, regnandi gratia violandum offic.  
est, alijs rebus pietatem colas.*

## QVAESTIO XXII.

Quomodo nemini inuidet?

## RESPONSIΟ.

Si aduertas, Deum regibus distribuere &  
largiri gloriam, diuitias potentiam, & ex-  
fese regem esse neminem: nam si quis maxi-  
mè huiusmodi dignitatem appetat, haud  
tamen consequetur, quia donum Dei est.

## COMMENTARIUS.

**Q**uoniam R̄ges & gloria, & potentia, &  
opibus, reliquis omnibus cupiunt antecel-  
re: recte querit Ptolomeus, quomodo fieri  
possit, ut suis contentus, alijs ista non inuidet.  
Si, inquit ille, consideret, quam parum alijs,  
qui à DEO ista ad conseruandam publicam  
tranquillitatem acceperunt, inuidia sua noceret  
contra DEI voluntatem possit, sibi vero ipsi plus  
rimum detrimenti adferat. Inuidi enim duplice  
ferè molestiam habent, quia & suis malis dis-  
erificantur, & aliorum bonis frustra torquentur.

eur & contabescunt. Quare Anthistenes Philosophus dicere solebat, quod sicut ferrum, & si nemo ledat, rubigine absumitur, ita inuidi suo ipsorum malo interirent. Et vulgo viperam, que matris suæ arrosis lateribus editur, inuidiam appellant. Ut longe sit cui inuidetur, eo qui inuidet, fœlicior. Nam inuidia virtutis comes, teste Ciceronem, ex alterius rebus secundis nascitur. Ac Cato senior non tam homines ipsos inuidia peti iudicabat, quam bona externa, quibus alijs hominibus præstant. Quare Themistocles adolescens, doluit, quod nemo ipsi inuidiceret: parum sed inde fœlicem iudicans. Et Ernestus Brunsvigorum Regulus excusis nummis circumscripsit. Spero inuidiam.

Quoniam vero hoc vitium ex aulis Principum omnes hominum ordines inuasit, & perniciuosissimas crebro in republica Christiana turbas excitat: memorabilem Gregorij Nazianzeni sententiam ascribam: Fuit aduersus Basiliū Magnum contentio quedam Eusebij Cæsariensis ante ipsum Episcopi viri certe aliqui admirabilis, ac nominis CHRISTI confessione constantissimi. Veruntamen inuidia, qua demonis impulsu magnos incredum solet euertere viros, resistere non potuit, quin & humanum aliquid ipse pateretur. Nam Magno Basilio verbis factisq; palam aduersabatur, cumq; omnino ab ecclesia repelle-

In mon-  
dia Ba-  
silij.

re conabatur. Similiter Joannes Ludonicus VI  
ues ad caput 43. libri 18. Augustini de ciuitate  
Dei, de B. Hieronymi iudicio circa LXX. in-  
terpretes loquens, sanctissimis quoque viris in-  
uidiam aliquando dominari scribit.

Vt recte D. Ambrosius admouerit: Filiij fugite Lib. 2. of-  
improbos, cauete inuidos. Inter improbum & feriorum,  
inuidū hoc interest: improbus suo delectatur bo- cap. vlti.  
no, inuidus torquetur alieno: ille diligit mala,  
hic bona odit: ut prope tolerabilior sit, qui sibi  
vult bene, quam qui male omnibus. B. Chrysostomus Hom. 53.  
Inuidos non tam hominum felicitati, ad Anti-  
quam Dei voluntati ropugnare affirmat: Et mi- ochenos.  
ratur, quod aliqui tam velint esse improbi, &  
in Deum ingratia que contumeliosi: menti vero  
sua bellum indicere & animam replere tumultu.  
Hoc itaq; ait considerans ab aggritudine de-  
sistas, & si proximum non vis, te saltem ab in-  
numeris malis erue.

Nam scitum est illud:

Inuidia Siculi non inuenire tyranni

Maius tormentum.

Inuidus alterius rebus macrescit opimis.

Quod autem Regnum à solo Deo proficiat-  
tur, respondit olim Balthasar Regi & Nabu-  
chodonosor, Daniel capite 4. & 5.

Pulchre cecinit Anna Samuelis mater: Domin⁹ 1. Regnum  
pauperē facit et dicit, humile facit et sublimat. cap. 2. &  
Suscitat de puluere egenum, et de stercore eleuat  
pauperē: ut sedeat cō principib⁹ & solū gloriæ  
Psa. 112.

teneat. Agnoscit hoc David Psalm. 77. Elegit David seruum suum, de post factantes accepit eum.

Fatetur quoque Cyrus Rex libro primo Ezrae, quod omnia regna terrae dederit ei DEUS caeli.  
Cap. 1.

Fatetur etiam noster Ptolemeus ad Eleazarum scribens.

Fatetur & Justinianus Imperator L. I. C. de veteri iure emicleando.

Romulus priscis Romanis legem tulit: nisi quis Regnum aut magistratum iniret, nisi author esset Deus: suumque Regnum per auspicia confirmari voluit: ut author est Pomponius Letus, de sacerdotiis Romanis capite primo. Et Uopiscus in Tacito Imperatore: Discant, inquit, qui regna capiunt, non rapuum ire imperia sed mereri.

Lib. 1. ca. 5. Historia Machabeorum declarat, quod Iosephus & Azarias, gloria & successibus Ideatque Simonis permoti, contra hostes duxerint exercitum, sed admodum infeliciter: cum non essent ex semine illorum per quos Deus Israel liberare volebat.

Multi in omni hominum memoria extiterunt, qui veris Regibus & à Deo constituto magistratu rebellare, & per vim & fraudes illorum Imperium, ausu temerario tentare auderent: sed miserabilem semper exiūm habuisse legenduntur. ut prater ignominiam turpitudinem

bil reportarent. Absolonis Fili⁹ David⁹ Regum 15. & 18.

Et lib 2. Mach. cap. 4. & 5. Simonis & Ia-  
sonis, atque Menelui miserabilis interitus, ve-  
rissimum esse declarauit, quod Paulus Aposto-  
lus affernerat: Omnis potestas à Deo est: itaque Roma. 13.  
qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.

Et quod Alphonsus aiebat: Regum vitam  
& sortunas primatorum libidini non subiacere,  
sed a solo D E O dependere.

Quid superioribus annis in Germania, Gal-  
lia, Anglia acciderit, omnes historiæ loquuntur.

Utinam omnes Principes attenderent, quod  
crudelissimam Isabell Reginam canes denora-  
rint, que Naboth vineam iniuste per vim oc-  
cuparant. <sup>2.3. Regū. cap. 21.</sup>

Reliqua etiam bona à Deo proficiisci, breui-  
ter indicat Iobus: Dominus dedit, dominus abstu-  
lit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomē  
domini benedictum. <sup>Iob 1.</sup>

### Q V A E S T I O XXIII.

Quomodo sperneret hostes.

### R E S P O N S I O.

Si omnes homines benevolentia prese-  
quaris, & sic eos tibi amicos reddas, nullus  
te hostis turbabit. Sed in illa apud oēs esse  
gratia, præclarum Dei donum est, quo vix  
aliud ab illo præstantius haberi potest.

### C O M M E N T A R I U S.

Son-

**S**ententia huius questionis ex 53. dependet,  
Nam quem ciues omnes diligunt, pro eo  
si necessitas postulet, cum capitis et fortuna  
rum suarum periculo libenter armis decertant:  
ut inimicos curire, non sit magnopere nece-  
sarium. Unde illud: Firmissime opes amor.  
& Maximae opes prodesse.

Qui enim profuit multis, cum amant ac tu-  
entur multi. Et sicut multos potentissimos Re-  
ges a parvis sepe hostibus, propter subdito-  
rum odium, superatos historici commemo-  
rant: ita plurimos vel conservatos in regno,  
vel restitutos ciuium amore ac liberalitate te-  
stantur. Propterea Periander apud Laertii  
num: Qui tuto ait, regnare volunt, danda opera  
est, ut benevolentia non armis stipentur. A-  
gacles Lacedemoniorum Rex interrogatus:  
Quo pacto posset aliquis tuto imperare, nullo  
stipatus satellitio: respondit: Si sic imperaret su-  
is, ut pater imperat liberis. Tunc futurum  
credidit, ut nec alios, si disfimo satellitio circum-  
septus, timeret, nec tutiores haberet custodes,  
quam ciues, erga quos paternum induisset affec-  
tum. Nam multos metuat oportet quem-  
metuunt, atque oderunt multi. Isocrates o-  
lim consuluit Nicocli, ut hanc tutissimam cor-  
poris sui custodiam existimaret, si & ami-  
cos haberet virtute praeditos, & ciues benevo-  
lentes, Antigonus Rex consulentibus ut cap-  
tu Athenas egregie muniret, ne aliquando  
deser-

deficerent: se in hac sententia semper fuisse respondit: nullum esse regni præsidium firmius, quam ciuium benevolentiam. Xenophon libro 8. de institutione Cyri: Non est, inquit, aureum sceptrum quod regnum sernat, sed amici multi sceptrum sunt regibus verissimum maximeq; securum. Alphonsus Rex, auctore Panormitano, reprehensus ab amicis quod absque satellitio inambularet: respondit: Lib. 2. ca.  
Se innocentiam secum haberg', & ciuium be- 43.  
nevolentia fretum, nihil prorsus extimescere.

Alludens forte ad illud Horatij.

Integer vita scelerisque purus,

Lib. 2.

Non eget Mauri iaculis nec arcu,

ode 22.

Nec venenatis grauida sagittis,

Fusce pharetra.

Præclarus est Ciceronis locus libro 2. officiorum omnium rerum nec aptius est quicquam ad opes tuendas ac tenendas, quam diligi, nec alienius quam timeri. Præclare enim Ennius: Quem metuant oderunt, quem quisque odit, perisse ex petit. Multorum odiis nullae opes possunt obfistere: malusque est custos diuturnitatis metus: contraq; benevolentia fidelis est, vel ad perpetuitatem. Qui ergo in libera ciuitate ita se instituunt, ut metuantur, his nihil potest esse deminius. Quamuis enim demersæ sunt leges aliquius opibus, quamuis tremefacta libertas, emergunt tamen hec aliquando, & acriores morsus sunt intermissæ libertatis, quam-

retentæ. Nec vlla vis imperij tanta est, quæ pre-  
mente metu possit esse diuturna. Aliqua etiam  
exempla recenset, qui ab uxore & filiis sibi me-  
tuerint: aliquos qui à ciuibus suis periculosis-  
simo tempore fuerint relicti.

Quod igitur, iuquit, latissime patet, nego ad  
incolumitatem solum, sed etiam ad opes & po-  
tentiam valet plurimum, id amplectamur: ut  
metus absit, charitas retineatur: ita facilimè  
quæ volumus & priuatis in rebus & in repub-

**Laertius** lica consequemur Porro, & si Solon ad Pe-  
**Libro i.** riandrum scripsit: tyrannis opus esse satellitio, et  
**Vide qu.** Alphonsus sine satellitio incedebat: Sigismundus  
28. tamè Imperator aiebat: amorem ciuium quidè  
esse firmamentum, sed fidam custodiam inforti-  
nium & pericula excludere. Optimus fu-  
deorum dux, & fortissimus miles Ionathas post-  
quam à Tryphone persuasus, presidium dimi-  
nit, trucidatus fuit.

**1. Mae.** Idemque, non sine magno totius reipublice  
cap. 12. indeorum malo, pertulit Simon.,

**3. Mach.** Ad hæc, ex amore & benevolentia fit, ut at  
cap. vii. dentes ad Deum preces fundantur, quæ a pijs  
viris profectæ, quantu vel pro Principe, vel  
**Vide qu.** contra ipsum valeant, sacre & profanae literæ  
testantur.

### QVAESTIO XXIII.

Quemadmodum gloriosus perduraret.

### RESPONSIO.

Si benignitate & munificentia excellas  
erga

erga omnes: gloria te nusquam deseret: quæ *Vide q. 1.*  
ut tibi adsit, Deus semper implorandus est. 30. & 60.

## COMMENTARIVS.

**Q**uod virtus & liberalitas populum Principi conciliaret: nihilque esset vel ad acquirendum, vel ac retinendum Imperium utilius, amore atque benevolentia ciuium, questione præcedenti dictum est: quod vera gloria ex cultu Dei atque virtutibus proficitur, questione 30. aperietur. Nam vero, gloria auctore Cicerone, est solida quedam res, & consentiens laus bonorum, incorrupta vox iudicantium de excellenti virtutis. Vel, illustris & peruagata multorum magnorumq; in suos cines, vel in partem Libro. 3.  
triam, vel in omne genus, hominum fama meritorum. Cum ergo vera gloria non aliunde q; ex questione. *Tusculana*

virtute, & rerum fortiter gestarum magnitudine, sapientia que nascatur; nisi per Dei gratiam in ijs consermentur, & perdurent, inglorijs fiant oportet. Præsertim cum Deus, qui peccatores, ut que. 16. dictū est, abominatur, gloriæ auikor sit, ut quæstio. 57. dicetur. Quare veram solidamq; *Vide q. 1.*  
gloriam eos demum Principes comitari, eosque diu & fœliciter Imperare sacra litera, & historiarum scriptores probant, qui Dei gloriam, Num. 15.  
veram religionem catholicam, ecclesia & rei Deute. 6.  
publicæ Christianæ salutem, omnibus rebus anteponunt: contra vero facientes, non gloria tantum quam à Majoribus acceperant, sed regnante. & 32.  
no etiam ipso excidisse, perpetuoq; dedecore *Josua ca.*

N

igno-

ignominia cruciari reperiuntur. Regi qui bene imperat, nec declinat ad dexteram vel sinistram diuturnum imperium pollicetur Moses, Deuteronomij 17. Non quod annosam etatem semper consequantur, sed ut doceat, legitime admittentes rem publicam, viucturos etiam post mortem: ut Philo in lib. de creatione Principis annotavit. Mecum enim, inquit Sapientia Pro. 8. sunt diuitiae, & gloriae, & opes superne, & iustitia Et cap. 9. Per me multiplicabitur dies tui, & addentur tibi anni vitae. Et sapiens capit. 6. Erunt sapientiae compedes in protectionem fortitudinis, & bases virtutis, & torques illius in gloriam gloriae. Gideon Judeorum Dux, Ephod fabricauit, volens in eo sacrificare: & filii amiserunt regnum: Iudicum 8. & 9.

*Iudeo Matathias Machabeus moribundus:*  
*Libro 1.* Vos, inquit, filii confortamini. & viriliter agite  
*Mac. c. 2.* in lege: quia cum feceritis que vobis praecepta sunt in lege a Domino Deo vestro. gloriosi in ipsa eritis. Optime admonet Ecclesiast. In oibus operibus tuis excellens esto, nec dederis maculam in gloriam tuam. *Quod cap. 47.* Salomonem fecisse ait.

*Quia hic locus q. 8. perpurgatus est, nihil praeterea ascribendum putavi, nisi quod Horat. cecinit.*

Sapientis ventis agitatur ingens

Pinus, & celsa grauiore casu

Decidunt turres, feriuntque summos  
Fulmina montes.

**QV AESTIO XXV.**

Apud

*Lib. 2. o-*  
de 10,

Apud quos conueniat gloriosum & magnificum se gerere.

## RESPONSIO.

Plurimi hoc apud illos faciendum putat, qui amice sunt erga nos affecti: ego autem puto hanc honorificam venditationem, cum gratia ciuilis moderationis usurpandam corram illis, qui in contrarijs laudem & gloriam querunt: ut sic etiam illi traducantur ad honesta utiliaque. Sed Deus orandus est, ut ille haec persiciat, qui omnium mentes gubernat & moderatur.

## QVAESTIQ. XXVI.

Quibus gratificandum sit?

## RESPONSIO.

Præcipue & semper parentibus: quia Deus maximum de honorandis parentibus preceptum dedit: secundo loco amicis, quos Deus ut nos ipsos honorare voluit. Tu autem Rex præclare facis, quod omnes homines in tui amore pertrahere studies.

## COMMENTARIUS.

**Q**uatenus parentes tam corporis quam animorum, id est, præceptores, parochi ut honorandi, colendi, alendij, sint, libro 2. officiorum scolasticorum à me pluribus verbis edisertum est. Ut nihil hic præter memorabile Alphosi Regis exemplū dieendū videatur. q̄s à patre agro, cui obvia profectus erat, admonitus, ut e quā sicut alij p̄ceres fecerat, ascederet, respōdit.

Panor- Illi o pater quid ad se pertineat viderint, e-  
mit. lib. 2. go nunquam adduci potero, quin regem, quin  
cap. 28. patrem, & eundem agrotum pedes sequar. Sa-  
cris quidem literis continetur, & historiae con-  
firmant, quod vitam diuturnam atque beatam  
traducant qui erga parentes pietatem colunt.  
Diogenes Cynicus ad eum qui patrem despicie-  
bat. Non te, inquit, pudet eum contemnere, cui  
debes id ipsum, quod tibi placet. Omnis igitur  
homo primum quidem in parentes suos, quorum  
opera fuit in hanc vitam ingressus nunquam in-  
gratus existet, sed eos precipuo quodam studio  
colet, obseruabit, & omni pietate prosequetur.  
Deinde illos in parentum numero habebit, qui  
prae sunt reipublica, vitamque & mores suos in-  
formauerunt, & animo patrio omnium saluti  
prospicunt. Nec illorum obliuiscetur, sed quasi  
parentibus pietatem prestat, a quibus magnū  
aliquod in animo, vel corpore, atque fortunis be-  
neficium accepit. Omnes denique ciues gratia  
nectere & conglutinare studebit. Propterea eni-  
Athenienses olim Gratias fanum in media ur-  
be dedicauerunt. Ut omnes ciues docerent, om-  
nem ciuilis societas rationem gratiarum quasi  
numine quodam contineri.

## Q V A E S T I O XXVII.

Quid sit pulchritudine dignius? vel dig-  
num quod exornetur.

## R E S P O N S I O.

Pietas; nam ipsa pulchritudo quedam  
est

est præcellens: eius autem potentia est charitas, quæ quidem Dei munus est: quam & tu possidens cuncta in ipsa bona complecteris.

## COMMENTARIUS.

**P**ulchritudo corporis præclarum fere naturæ ornementum putatur. Chrysippus virtutis florem appellabat. Multis tamen ea pernicioſissima fuit: reliquis periculosa ut Susanna, Agnetis, Catharinae, Ioseph, ceterorumq; virorum & mulierum exempla declarant. Egregium est, formoso corpori pulchrū virtutibus & sapientia animum inducere.

Multoq; præclarius est, animum quā corpus formosum habere, si utrumque non licet. De qua Homerus loquitur, formam gloriosum Deorum donum vocans: quod repetit Tiraquellus lege 2. commubiali.

Stoici solum sapientem pulchrum vocabant. Et Antisthenes ridere solebat homines, qui non virtute animi, qui demum vere homo est, sed pulchritudine corporis gloriabantur, quam cū statuis haberent communem. Et Isocrates qui neglecto animo, corpus curarent, aiebat ornare nauim, gubernatorem non curare. M. Ciceroni perditissima ratio videbatur, diligere formam, famam negligere.

Plato naturæ priuilegium, sed breue: Bion bonum alienum, formam vocabat. Apuleius, ante illum Socrates, hortabatur adolescentes,

**I**dem plā-crebro speculū intueri, ne formosi pulchritudinē cet. Salo-pranis moribus polluerēs, deformes vero virtu-moni pro. tibus & ingenio illustrarent, recordarēturq; il-herbi. vlt. lī poetae: Nimiū ne crede colori, forma bonū fra-gile. Plato corporis formā homines ad verē pul-chritudinis amorē incitare aiebat: ut q̄n̄ quis in verē pulchritudinis amore p̄gredere tur̄, tan-tū de corporis forma remitteret: nō, ut iā sit, cor-poreae pulchritudinis amor verē pulchritudi-nis studium in animis extingueret.

### QVAESTIO XXVIII.

Quomodo amissa gloria recuperetur?  
RESPON SIO.

Tu vix poteslabi, aut offendere quenq; qui in oēs beneficia cōferas, vnde nascitur bene-uolētia; q̄ cū sit superior maximis armis, ma-ximū quo q; munimētū p̄sidiūq; p̄stat. Qui verò solēt offendere, illi ab his qbus alij of-fendūtur, abstneant, & reconciliati posthac iustitiamexerceant. Verum Dei donum est, bonis & nō malisactionibus deditum esse.

### COM MENT A R I V S.

**Q**uantū amor et benevolentia ciuiū, ad ac-quirendū conseruandūq; Regnū p̄tineret q. 23. et 24. dictū est. Sacra litera amissā fortunā, labefactatā gloriā, pditūq; regnū, p̄ flat-gitorū emendationē atq; p̄enitentiā recuperari probant, Achab 3. Reg. 21. Nabuchodonosor Da-ni. 4. exēplo. Deos, inquit in officijs Cicero pla-catos efficit. pietas et sanctitas. Et Lactatius, de f-va Dei c 21. Deus

Deus morū emēdatione placatur, & qui peccare desinit, irā Dei mortale facit. Hoc Iudaorū exēplo declarat Daniā psa.105. Et vidit cum tribularentur, & exaudiuit orationē eorum, & memor fuit testamenti sui, & dedit eos in misericordias in conspectu omnium qui ceperant eos, Et Psal. 106. Clamauerunt ad dominum cū tribularentur, & deduxit eos de tenebris & umbra mortis, & vincula eorum disrupti.

## QVAESTIO XXIX.

Quomodo sine tristitia viueret?

## RESPONSIO.

Si neminem læseris, omnes adiuues, & iustitia prosequaris: hæc animi tranquillitatem generant. Sed implorādus Deus est, ne ea nos turbet q̄ præter opinionē nostrā accidunt: vt sunt mortes, morbi, mæstitia, & cetera huiusmodi. Tibi autem, quando pius es, nihil istorum accidere potest.

## COMMENTARIUS.

**P**aulus Apostolus Philippenses suos ca. 4. horcabatur: Gaudete in domino iterū dico gaudete Quē locū Chrysostomus oī homi. 18. ad Antiochenos sic tractauit, ut pulcherrime doceret: illos qui in Deo potius quam diniūs, voluptate, amicis, potentia sua confidunt, semper letam tranquillamque mentem habere: & nihil posse ipsis tristitiam adferre, cum vel morte pro Christo lucrū paret cum Paulō, & in afflictionibus externis voluptatem capiat: quodque spiritalis tristitia, p̄ peccatis verū gaudiū existat.

Vide qua  
stio. 56.

Peccas vero, atque scelerata mens, nec gaudium nec letitiam recipit.

Tyranni enim & flagitiosi, auctore Plutarcho, & si non statim auferuntur, semper tamen affligen tem se circumferunt dolorem: assidueque mentis cruciatu senescunt. Summamq; pertur-

Vi. q. 37. bationem atq; tristitiam generat pressum tacto sub pectore vulnus, ut q. 37. aperietur.

Num. 15. Reliqua etiam malorum genera, quæ hominem Deut. 6. ni calamitates et tristitiam adferunt, propterea Iosua 23. peccata à Deo immittuntur: à peccatis ergo ab Psal. 104. finere, optimum contra tristitiam remedium est.

& 105. Nec enim benignissimus ille Deus peccata iterum diluvio vlcisci decreuit, sed frigore & astu, peste, fame, bello, caterisq; malorum generis. Vide quibus punire atque ad pœnitentiam renocare conatur. & 32. tur. ut Gen. 9. & infinitis sacrae scripturae locis videtur est.

Tristitia vero homini, præsertim masculo, pernicioſſima est. Nam animus gaudens etate floridam facit: spiritus autem tristis exsiccat ossa. Proverb. 17.

Et sicut tinea vestimento, & vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi. Proverb. 25.

Vide B. Chrysostomum epistola ad Olympi. Tristitia inquit, animarum crudele tormentum est, dolor quidam iuxplacibilis, & iudicium omni iudicio vindictag; deterius. Nam & vermi est similis venenato, non solummodo carnem, sed & animam ipsam perimens: & tinea non

solum ad ossa sed ad corda pertingens. & perpetuus quendam carifex, non animam dilanians sed vires animae consumens, & ingis nox, ac tenebrae profunda, & tempestas, & turbo, febris non apparens, omni igne validius incendens, & pugna requiem non habens, & languor plurimos obscurans videntum.

## QVAESTIO XXX.

Quid sit in primis gloriosum, homineq;  
dignum,

## RESPONSIO.

Deum colere atque venerari, non mune-  
ribus & sacris tantum, sed animi puritate: *Vide qu.*  
& diligenter considerare, quod omnia ab <sup>24</sup> & <sup>60.</sup>  
ipso creentur atq; gubernentur pro volun-  
tate sua. Ad quem tu es animo perpetuo  
conformatus quod omnes facile ex ijs, quæ  
haec tenus egisti & agis, cognoscunt.

## COMMENTARIUS.

**Q**uod cum pietate virtuteq; viuens etiam  
hostibus admirabilis sit, pulchre declarat  
*Chrysostomus hom. 24. ad Antiochenos.* Vir-  
tutis umbra est gloria. Alphonſus Rex admoni-  
tus. ut relictis periculis, tranquillam vitam sus-  
ciperet, respondit: *Recte olim Romanos ad Ho-*  
*noris templum virtutis quoque adem collocaſſ,*  
*per quam solam ad honores peruenitur: teste,*  
*Panormitanus lib. 2. cap. 19.*

## ARISTEAS.

N s Tum

**Quartus** illos p̄fegerunt: cō p̄bantibus quoq; ipsos, qui  
dies conuioderant, præcipue philosophis, quibus illi  
opus, opere & sermone longe præstabant: ut qui  
à Deo omnium caperent initia.

Postero die conuiuio ad eundem modum,  
instructo, cum Regi oportunū videbatur, q  
deinceps sequebantur, nec responderant, in  
terrogaturus, à ptimo quæsiuit.

### Q V A E S T I O   X X I ,

An prudentia studijs atque doctrina pa-  
rari posset?      **R E S P O N S I O .**

Illa, quidā animi habitus est, qui à diui-  
na virtute dirigitur, ad prosequenda om-  
nia honesta, auerſandaque contraria.

### C O M M E N T A R I U S .

**C**ognoverat fortasse Rex, q. Antisthenes di-  
xisset: Prudētia esse præstatissimū p̄fidū, et  
mūrū tutissimū, q nec collabatur nec pdatur. T-  
socrates ad Nicocle scribens author est: Reges in  
primis eniti oportere, ut reliquis antecellat pru-  
dentia. Bion aiebat prudentia tanto ceteris vir-  
tutibus antecellere, quanto reliquis sensibus p-  
stat visus. Sapientia confortauit sapientes super  
decē ciuitatos. Ecclesiastes cap. 7. Cor prudentis  
possidebit sciētiā, Pro. 18. et c. 28. Dux indigens  
prudētia multos opprimet p calūniam. Et cap. 8.  
Ambulate p vias prudētia. Et c. 16. Posside sapi-  
entia q melior ē auro, et acquire prudētia, q p-  
tiosior ē argēto. Prudētia sapientiaq; principib;  
tam

*ā est necessaria, ut sine illa nullo modo possint,  
aliq̄ reipubl̄ partē attingere, quin oīa peruersa  
atq̄ pturbata relinquant. Plura q. 34, dicentur.*

## QVAESTIO XXXII.

Quid potissimum valetudini conferret.

## RESPONSIO.

Temperantia, quæ contingit nemini, nisi Deus mētē ad eā p̄parauerit cōformaueritque. COMMENTARIUS.

**Q**uantum cibi & potus, quo tempore, cuius generis, accipiēdū sit, valere cupientē obseruare oportet, qua in re prudētia plurimū valet. Vnde vulgo ferunt: solus sapiens longius est. Ideoque Ptolomeus Rex hos 72. interpres patrio cibo, cui assueverāt, uti precepit: ut ex Aristea & Philone colligitur. Præsentissimum contra omnes morbos ante repartam medicinam remedium erat ieiunium: hodieq; continencia est, si prudenter usurpetur. Quin & in pharmacis adhibendis magna prudentia opus est. Feretur de quodam agroto, q̄ is sumpto pharmaco à medico, conualuerit, sed post recrudescente morbo, cum nihil ab eodem pharmaco remedy sentiret, accersuerit medicum, admirans qui factū esset, ut eadem medicina quæ prius depulisset morbum postea magis aggrauaret. Huius rei causam suscitati medicus facete respondit: Fatoe idem fuisse pharmacum, sed ideo non profuit quia ego non dedi. M. Cicero libro 2. Officiorum: Valerudo, inquit, sustentatur.

notitia sui corporis, & obseruatione earum rerum, quae aut prodeesse soleant, aut obesse: & continentia in victu omni, atque cultu corporis tuerendi causa, & pratermissuendis voluptatibus: postremo arte eorum, quorum ad scientiam hac pertinent. Cyrus Rex apud Xenophontem libro primo: Primum, ait, operando, ne unq; saturer, deinde per laborem immissa consummo: ita enim mihi videor & perseverauerius bene valere, & robustior effici.

Vide qu. 9. & 29. Quoniam vero multi morbi propter peccata à Deo immittuntur, ut homines resipiscant, iuxta illud Davidis Psalm. 15. Multiplicata infirmitates eorum postea accelerauerunt plurimū contulerit valetudini, abstinere à peccatis. Qui enim delinquit in conspectu eius qui fecit eum, incidet in manus medici. Ecclesiastici 38. Ubi & pulcherrima de honorandis assumendisque medicis præcepta dedit. Et Ecclesiastes cap. 7. Ne impie agas, & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo. Neminem vero ullam artium atque virtutum capacem fieri, nisi animo prius expurgato, lib. 2. officiorum cap. 7. probans.

### QVAESTIO XXXIII,

Quomodo parentibus dignas quis gratias referret.      **RESPONSIO.**

Si nulla tristitia molestiaque illos afficit. Sed hoc non conceditur, nisi DEVS mentis Dux atque gubernator extiterit, ut con-

consilia & actiones ad optima semper dirigantur.

## COMMENTARIUS.

**Q**uoniam quest. 26 audierat, parentibus gratificandum esse, nunc quibus potissimum in rebus hoc positum sit exquirit. Nimirum, si colantur, honorentur, & eorum voluntati atque mandatis obtemperetur. Parentes enim, auctore Cicerone, charissimos habere debemus: quibus vitam, patrimonium, libertatem, cunctatemq; accepimus: maximumq; peccatum est vilare parentes. Nam qui maledicit patri suo, & marii, extinguetur lumen eius in mediis tenebris. Proverb. 20. Et Ecclesiasticus cap. 3. Sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat marrem suam. Qui honorat patrem suum incundabitur in filiis, & in die orationis sue exaudiatur. Qui honorat patrem suum vita viuet longiore: & qui obedit patri refrigerabit matrem. Qui timet Dominum honorat parentes, & quasi Dominus seruiet his qui se genuerunt, in opere, & sermone, & omni patientia. Honora patrem tuum ut superueniat tibi benedictio a Deo, & benedictio illius in nouissimo maneat. Suscipe senectam patris tui, & non contristes illum in vita illius, & si defecerit sensu, veniam da, & ne spernas eum in virtute tua. Quam male fama est, qui derelinquit patrem: & quam maledictus a Deo qui exasperat matrem?

Plura

Plura etiam de hoc argumento lib. 2. officiorum scholasticorum prescripsit.

### QVAESTIO XXXIII.

Quomodo quis fieret audiendi cupidus?

### RESPONSIO.

Si existimet vtile esse omnia cognoscere, ut ex his quæ audiuit, eligat aliquid, quod in tempore depromat, & in actionibus se quatur. Sub gubernatione tamen ductuq; Dei, à quo actiones omnes ad suos euentus producuntur.

### COMMENTARIUS.

**Q**uam pretiosa, & necessaria viris Principibus esset prudentia, sapientiaque, & variarum optimarum rerum cognitio: quest. 31. indicatur est, & libri secundi officiorum scholasticorum ca. 5. varijs argumentis demonstratum.

Doctrinam, inquit Salomon prou. 8. magis q; aurum eligit, melior est enim sapientia cunctis opibus pretiosissimis, & omni desiderabili, & nō potest comparari. Per sapientiam reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, pcam Principes impant, & paretes decernunt iustitiam, Quæ apud Ecclesiasticum cap. 6. repetuntur.

¶ ipsa sapientia Proverb. 8. clamat: Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilauerint ad me, inuenient me: delicia meæ esse cum filiis hominū. Qui me inuenierit, inueniet vitam, & salutem hauriet a domino. Beatus homo qui audit me, et qui vigilat ad fines meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei.

Ecc.

*Ecclesiasticus cap. 6. Audi fili, in omni animo tuo accede ad illam, inuestiga illā, & manifestabitur tibi: & cōtinens factus ne derelinquas eā, in nonissimis enim inuenies requiē in ea, & cōvertetur tibi in oblectationē. Si inclinaneris aurē tuā, excipies doctrinam, & si dilexeris audire, sapiens eris. Cogitatum tuum habe in preceptis Dei, & in mandatis illius maxime, assiduus esto: & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientie dabitur tibi. Et Salomon Proverbiorum 18. Cor prudentis possidebit scientiam, & auris sapientium querit doctrinam.*

*Qui autem declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis, Pro. 28. Memorabilis Mosis vox est, de indeis, Deut. 32. Gens absq; consilio & prudentia est, utinam saperet, & intelligerent, ac nouissima prouiderent.*

*De Alfonso Rege, scribit Panormitanus, q; ali Lib. 1. ca. quando eruditum quendam Florentinorū legatum copiose dicentem tam attente audierit, ut nec manus unquam moueret, nec oculos ab eo auerteret: nec muscam, quæ nasum mordebat, ante finem orationis abigeret: Quodq; apertum librum in armis gestarit, studium suum erga bernas artes declaraturus.*

### QV AESTIO XXXV.

Qualiter nihil contra leges ageret?

Vide qd.

### RESPONSIO.

Si statuat Deū cogitationes & intelligentiā suggestisse legumlatori, ad ferēdas istas

16. 18. 20.

lo

leges, in quibus hominum salus consistit.

### QVAESTIO XXXVI.

Quæ sit cognatioois vtilitas?

### R ESPONSIO.

Si rem aestimare volumus ex euentu : vt  
in fortuna aduersa vna deiijciantur, affligan-  
turq; pro magnitudine mutue ipsorum co-  
gnationis. Vnde & gloria sequitur, & cogn-  
ationis vinculum fit aetius, cognatioq; in-  
dissolubilis euadit, si benevolentia benefi-  
centiaq; constringatur. In fortuna vero se-  
cunda, veri cognati inuicem auxilio & or-  
nameto sunt, nec ad suam felicitatem aliud  
desiderant. Diligenter autem orandus est  
Deus, vt omnia prosperet.

### C O M M E N T A R I U S.

**Q**UAM prudenter iste responderit, omniū  
hominum ordines quotidie experiuntur.  
*Recte dixit Salomon pronerbiorum 17*  
Gloria filiorum patres eorum. Et Ecclesiasticus  
cap. 3. Gloria hominis ex honore patris sui, &  
dederus filii pater sine honore.

### QVAESTIO XXXVII.

Quomodo intrepidus existeret, & sine  
metu?      R E S P O N S I O.

Si mens nullius sibi conscientia mali sit, DEI  
beneficio, qui consilia omnia in bonū diri-  
git.      C O M M E N T A R I U S.

**Q**UAM mala mens, & sceleribus contami-  
nata conscientia hominem excruciatet,  
quast

Vide qua  
stio. 56.

quæst. 29. docebatur. Recte dicitur Iob capite. 15.  
*Impius, cum pax sit, semper insidias suspicatur:  
 seruitus terroris semper in auribus illius. Et Abigail 1. Reg. 25. David persuasura, ne Nabal occideret, ne, inquit, sit tibi in singultū & scrupulum cordis domino meo, quod effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te ultus fueris. Hinc Salomon Prover. 15. Securā mens iuge connivitum. Et cap. 28. Fugit impius nemine persequitur: iustus autem quasi Leo confidens absque terrore erit.*

*Fortissima voce pronunciat David Psal. 26.  
 Si cōfistant aduersum me castra, non timebit cor meum.*

Eleganter cecinit Horatius Flaccus:

*Justum & tenacem propositi virum;  
 Non ciuium ardor prava iubentium,  
 Non vultus instantis tyranni,  
 Mente quatit solida: neque Auster  
 Dux inquieti turbidus Adrie,  
 Nec fulminantis magna Iouis manus:  
 Si fractus illabatur orbis  
 Impavidum ferient ruine.*

Marcus Cicero incundissimam scribit homini existere, bene actæ vita multorumque beneficiorum conscientiam. De Marco autem Anthonio in 2. Paradoxo loquens. Te, inquit, misericordia, te ærumna premant omnes, qui te beatum, qui florentem putas. Tuæ libidines te tormenta, tu dies noctesq; cruciaris, te conscientia

*Li. 3. car.  
 odg' 3-*

O sti mu-

stimulant maleficiorum suorum, te metus exanimat iudiciorum atque legum. Quocunq; aspexisti, furia sic tua tibi occurruunt iniuria quæ te respicere non sinunt. Pythagoras neminem adeo audacē esse dicebat, quem mala conscientia non faceret timidissimum multoq; eum grauius affligi conscientia turpitudinis, quam si corpore castigetur. Bion. Boristhenites ad hoc vrebatur versiculo Euripidis: Serum facit quamvis feroculum virum.

Notū est proverbiū: Cōscientia mille testes. Est enim conscientia res omnīū efficacissima invtrāmq; partē. ut facile quis possit seipsum cōfōlari & gaudere cum conscientia quam optimā mentis, contra queq; nulla tormenta melissū prodant maleficium quam conscientia, nullus carnifex severius puniat, nullis hostis maiorem metum iniciat, quam hæc. Unde illud. Heu quam difficile est crīmē non prodere vultu. Et: Conscientia verberat animū.

Hanc intellexerunt Poëtæ, quando de diris ultricibusq; furijs fabulantur. Impij enim semper metuunt, horrent, tremunt, anxio solicitoq; animo scelerum pœnas pertimescent. Assiduis pœnis agitantur, ingens crux animos eorum noctes & dies exedit, et si miseriam suam, ali quando deponere studeant. Maleficiorum eos conscientia perterret, iudiciorum metus exanimat, & suppliciorum formido de mente deducit: ut misitia contabescant.

Cum

*Cumq; totius miseria fontem intra pectus,  
tamque venenatum telum habeant, quod extra  
here non possint, quocunq; pergit acerbo dolore,  
ac solicitudine conflictantur. Nec domi quiete,  
neforis oblectamentum inueniunt. Nocte die,  
die nocte desiderant in negotiis otium exoptant.  
Contra vero pī & insti hoīes animo semper trā  
quillo & quieto sunt, nec quicquam est, q; eorū  
pacē turbet. Animus enim cœlestis præsidij fidu-  
cia, quod semper adesse sentit, confirmatus non tre-  
pidat. nec à mentis statu deducitur.*

*Quantū sapientie studiū ad mentis tranquilli-  
tatem conferat, questione soaperietur.*

### QVAESTIO XXXVIII.

*Quomodo recta ratio sibi in próptu esset?*

### RESPONSIO.

*Si hominū infortunia cōsideraueris, reuol-  
uēs quales rerū vicissitudines Deus adferat:  
alios nimirū honoribus sublatos puehat, a-  
lios calamitatib; optos ignominia deiciat.*

### COMMENTARIUS.

*H Aec qu. 8.14.16.18.20. sunt explicata.*

### QVAESTIO XXXIX.

*Quomodo nec ad ignauiam nec ad vo-  
luptates abstraheretur.*

### RESPONSIO.

*Si expendas te magno regno præesse, &  
multis imperare, vt non liceat mentem ad  
alia traducere, sed circa hoc omnes cu-  
ras atque cogitationes consumere: Interim*

*O 2 oraa.*

orandus Deus est, ne quid eorum prætermittas quæ tui officij sunt.

## COMMENTARIUS.

**M**erito grauioribus de causis hoc quererent illi Principes Christiani, qui omnes ferè curas in suos qualescumque ministros reiçiunt.

Vtinam illi aliquando tandem consideraret, quare à Deo magistratum accepissent, quam grauem, quam periculosa Prouinciam sustinerent: ut questione 15. est comprobatum *Quem admodum alteram partem de cauendis voluptatibus quest.: 6. perpurgani. Quid tunc agendū sit, quando curis vacant, quest. 69. aperietur.*

## QVAESTIO XL.

Qualiter cognosceret qui cum ipso dolose & ficte agerent.

## RESPONSIΟ.

Si obserues quam sit cuique vita libero homine digna, & an iisdē semper vtatur moribus in salutando, consulendoq; & in reliqua conuersatione: nec in vitæ officijs quicquam ultra modum agat. Deus autem tibi rex mentem ad optima diriget.

## COMMENTARIUS.

**P**lutarchus peculiarem librum conscripsit, de discrimine adulatoris & amici: ubi profitetur, quod veri amici, in rebus prosperis una letentur ac gaudent, in aduersis solatio-

atque usui existant: adulatores mutata fortuna, tanquam pediculi à moribundo corpore, auolant. Amicus virtutes tantum & rectè facta laudat parcus, & in loco etiam reprehendit: adulatores omni tempore hilares se ac blandos exhibent, ubiq; volunt placere. Omnibus assentiuntur si ait quis, aiunt & illi, si rursus neget, negant ipsi quoque: Curiosissimi in officijs utiles s;g; præbere conantur, vel saltem ut utiles putentur, cu; sint pestilentissimi. moresq; & studia ad aliorum mores componere laborant. Amicus isdem de rebus eodem semper modo statuit & indicat: non aliis nunc hic est, quam alibi fuit: eadem semper probat, eadem improbat: adulatores vero polypi mentem induunt, nunquam facto volunt repugnare, nec verbis offendere.

Amicus nec laudat omnia, nec imitatur, sed optima tantum. Sententiam rogatus dicere, non approbat nisi honesta & utilia nec absq; deliberatione respödet quæ profint magis quam quæ delestant. Adulatores vero omnia laudat, imitantur & vitia, ex tempore respondent, quod Principi placere iudicant, deterrent à curis atque necessarijs laboribus pro republica. Cumq; due in homine partes sint: animum præcipue amicus curat: adulator brutum, affectibusque obnoxium corpus titillat, abducit à ratione, ad voluptates & otium transfert, nec auxilio est Principi in gubernanda republica, sed detimento.

Præterea, ut veritatis oratio simplex est, sic amici mores simplices sunt, sinceri atq; fūco carentes, multa in negotijs prætermittunt. amici minuta nusquam exacte diligentes, nusquam curiosi, neque se met ipsos in quodvis obsequium ingerentes. Assentatores vero in huiusmodi officijs assidui perpetui, atq; infatigabiles sunt, ut nullum alijs locum relinquant, nec spatiū inserviendi, sed exigunt ut sibi mandetur: et si mā datum non fuerit, molestē ferunt: salutant eminē si priores viisi appellati fuerint, excusant sessō testibus atque iurecurando adhibito: ubiq; corpus, vitam, bona offerunt, omnia quibus Principes delectantur: scorta, canes, epulas, animos preparat, atque eadem ipse peragunt in gratiā.

Beatus Chrysostomus ad Eutropium scribens, de verorum amicorum & adulatorum differentia pulchre differuit.

Nonne tibi dicebam cū me freqniter corriperes & increpares vera prosequentem, quia ego tū magis diligerem q̄ illi qui adulabantur? Ego qui arguebam te, plus tibi profueram, si audire voluisses, q̄ illi qui assentabantur. Nō meministi cū dicerem tibi, quia meliora sint, vulnera amici, q̄ voluntaria oscula inimicorū? Si mea verba q̄ tuc vulnera videbātur audisses, nunq̄ tibi oscula adulatorū istū exitū peperissent, Mea enī verbōrū vulnera sanitatē ferebant. Illorum aut oscula blādimēta morbi tibi insanabile generabat. Vbi sunt illi nūc, quī te in foro lōgis ab agib; cōsulta bant,

bant, qui domi forisq; laudabat, Abnegauerūt te  
oēs amici tui, discesserūt, vniusquisq; in sua, &  
mudi te atq; inanē reliquerunt, nullus illorū, vel  
prop̄e accedere ausus est. Nos vero nō ita sed &  
tūc cū difficilis es̄s, ac durus ad monita nostra,  
nō p̄timescebamus, & nūc casum tuū non phor-  
remus, nec deferimus, sed quantū possumus, sub-  
lenamus: & Ecclesia qdē, q̄ à te impugnata est.  
aptis te gremijs suis suscipit. Turba vero illa the-  
atralis p̄ quibus aduersum nos sepe inflat⁹ es,  
acclamat interitū tuū. nos tamē nūq; cessauim⁹,  
dicētes tibi: Quid agis? Quo sum h̄ec? Cur ad in-  
sanīā puocas ciuitatē? Cur populos, tanta urbis  
spectaculorū cōrētiōe p̄cipitas? Sed tu nihil horū  
curabas, quūimo dñitias tuas in his cōsumebas,  
& quibus nūc gladij acūntur in te. Ecclesia vero,  
q̄ iram tuā & impetū furoris tui sepe perpassa  
est, ubiq; discurrevit & satagit, & ex isto te laq;o  
conatur eripere. Verū h̄ec dicēs non insulto lap-  
sis, nec sup̄bo pede cernices iacentium calco, sed  
eos qui stare videntur, sollicitos reddo, non fauci-  
ato vulnus exaspero, sed eorū, quos nōdū inuolue-  
runt aduersa tenebrarū, conseruare cupio sani-  
tatem. Vt inā h̄ec perpēderent illi qui ab adulato-  
ribus ad persequendam ecclesiam Dei, & re-  
ligionem Catholicam sese abduci patiuntur.

Amictus vero corporis, & risus dentiū, &  
ingressus hominis denuntiat de eo Eccles. 19.

Quibus vero cōsiliarijs utendum sit, qu. 52 cog-  
noscetur, & de veris amicis 58. fusiūs differuit.

ARISTAEAE  
ARISTEAS.

Tunc Rex non hunc tantum, sed omnes etiam alios nominatim laudat, idemq; reliqui faciebant, qui oderant: & sic ad hilaritatem canentium conuertuntur.

QVAESTIO XLI.

*Quintus  
dies.*

Sequenti die rex similiter captata occasione proximum interrogabat: Quæ esset maxima negligentia?

RESPONSIO:

Si' quis negligat filios, nec eos recte informet eruditque: nam oramus DEVM non tantum pro nobis, sed etiam pro liberis ut ijs accidunt omnia prospera. Ut autem illi cupiant & consequantur temperantiae disciplinam, hoc gratiæ atque virtutis diuinæ est.

COMMENTARIUS.

*Q*uod parentes iurg' diuino & humano teneantur liberos, quos reipublica genuerunt, recte educare, libri secundi officiorum scholasticorum capite primo declaravi. Id vero ad Principes vel maxime pertinet. Sapientissimus ille Socrates aiebat: Bene natis bonam rectamque institutionem in primis esse' necessariam: ut sicut generosi equi, quando recte instituntur optimi fiant, neglecti vero, aut depravati ferociores atque perniciiosissimi.

Recte etiam dixit, Cicero, nona Philippiæ. Nec monumentum ullum clarius, nec beneficium

ficium aliud maius reipublicæ parentes adferre  
relinquere que posse, quam si bonorum morum  
suorum, virtutis, constantie pietatis, ingenij ef-  
figiem, liberos relinquant.

Multorum Principum filij cum omnibus  
alijs rebus fortunatissimi existerent, eo reliquis  
infeliciores apparuerunt, quod à parentibus in  
inuentute neglecti, inter adulorum & impro-  
borum hominum greges male educarentur. quo-  
rum oratio & mores nihil præter sclera &  
turpitudines docerent.

Inde enim fiebat, ut magistrorum similes, hoc  
est, improbi, scelerati atque reipublicæ pestes e- Vide qu.  
uaderent: & non raro gloriam Maiorum, 8.  
opes, imperium, & vitam amitterent.

Utilius fortasse reipublicæ foret, principes  
absq; liberis emori, quam male institutos relin-  
quere: quorum vitijs tota res publ. inficeretur  
atque ingens detrimentum caperet. Nam quan-  
tū reipublicæ atque parentum interesset, ut re-  
cte innētus educaretur lib 2. officiorum schola-  
sticorum cap. 4. aperui. Si ergo priuati, nisi re-  
cte instituantur, crebro degenerant, parentesq;  
familiam, propinquos, patriam, dedecorant:  
longe maiore cura opus est his, quos cum adole-  
uerint ne admonere quidem ausit aliquis, &  
de quorum vita & moribus, totius populi mo-  
res fortuneq; dependent..

Bonus itaque pater non tam sibi quam pa-  
tria liberos genuisse credat: nec tam sibi & suis

O s afe-

*affectibus, q̄ patriæ educandos opinetur, nec pri-  
natos affectus publicæ utilitati anteponat.*

*Vt Theodosium Imperatorem in filiorum su-  
orū educatiōē fecisse refert Niceph. lib. 12. histo-  
rie ecclesiastice cap. 23. Si hoc omnes Principes  
pro exemplo caperent: profecto meliores magi-  
istratus & rempublicam florentiorem habe-  
remus.*

*qd vero non in proprijs tantum filijs curare  
Principes oportet, ut illi recte instituantur, sed  
in omnium quoq; totius regni atque uniuersitate*

*Vide qu. reipublicæ ciuium filijs obseruandum est.  
15. & præ Præcipue autē illa cura ad Episcopos pertinet  
fa. Lib. i. quoniam hinc ecclesiæ catholicae instauratio &  
offi. schol. reipublicæ Christianæ salus dependet, ut alibi  
ex professo à me est comprobatum.*

#### QVAESTIO XLII.

*Qu. 17. et Quomodo patriæ amator & cultor ex-  
sistet?*

#### RESPONSIO,

*Si statuat honestum esse viuere & mori  
domi, apud peregrinos vero reputet agen-  
tes quidem contemni, diuites vero ma-  
le audire, ob turpitudinem aliquam exu-  
lent. Verum tu, rex, si pergas benefi-  
ce tractare omnes, vt facis, D E O con-  
tribuente tibi erga omnes tam benignam  
voluntatem, habeberis amator patriæ.*

#### COMMENTARIUS.

*Graniter fere populi animos à principe alienat,*

nat, si crebro & longius à patria absit: quod nec se ab illo amari putent, sed ab eo cui curæ esse debebant, contemni arbitrentur, suumque sudorem alios denorare moleste ferunt, aut ad Principem non peruenire existimant. Longe igitur Peregrinationes ipsis Principibus periculose sunt, reipublicæ inutiles ac moleste.

Utrique utilissimum erit, si ut apum dux medio agmine cingitur, & cor hominis in medullio corporis residet: ita Princeps libenter, versetur inter suos cives, & rempublicam, unde tam splendidè alit, amet, curetq.

Et quæcumque agit ad salutem ciuium, patriæque utilitatem referat: nec unam partem sed totum reipublicæ corpus theatur: ne sic nobilitati studeat, ut reliqui ordines, præsertim Clerus, negligantur.

Prædicantur Iudei Jos. 19. quod in terra pro missa, Duci & Principi suo habitationem possessionemq; dederint in medio sui.

Moses vero cum diutius abeisset: Populus, ait, scriptura. Exodi 32. congregatus ad Aaron, dixit: Surge fac nobis Deos qui nos præcedant. Mosi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Aegypti ignoramus quid acciderit. Li. i. Reg. c. 30. scriptum reperitur: quod cū Dauid Sicelegi resideret, tota ciuitas ad hostibus secura, et florē tissima fuerit: sed postquam Achis Regē in militia sequebatur: hostes totam urbem spoliarint.

arint, ciuium uxores & liberos abduxerint,  
domos vero igni cremarint. & de summa rei  
actum fuisset, nisi David statim redisset.

Ezdras aliquando ad quietem & abditarum  
rerum contemplationem secesserat, Salathiel  
dux populi talibus verbis cum adibat. Vbi eras,  
& quare vultus tuus tristis? An nescis quoni-

*Li. 4. Ez* am tibi creditus est Israel in regione transmi-  
drae ca. 5. grationis eorum? Exurge ergo, & gusta panem,

& non derelinquas nos, sicut pastor gregem su-  
um in manibus leporum malignorum. Taliter  
ipsi tunc satisfecit Ezdras, ut è republica futu-  
rum agnosceret, scptem adhuc dibus presentia  
illius carere: verum quia neque illis lapsis redi-  
bat: totus populus egressus ad eum in campum,

*Libro. 4. dixit Quid peccauimus tibi, aut quid iniuste-  
xipite 12. gimus in te, quoniam derelinquens nos sedisti in  
loco hoc? Tu enim, nobis superes ex omnibus po-  
populis, sicut borras de vinea, & sicut lucerna in  
loco obscuro, & sicut portus & nauis saluata à  
tēpestate. An non sufficiunt mala quae contingunt.*

*Luca 2. Ezdras ergo post paucos dies a contemplatio-  
ne ad officium sese redditurum pollicetur. Ut  
Pastores cum fuissent in Bethlehem, vidissent,  
adorassentq; CHRISTUM Iesum, reuersi sunt  
ad gregem suum.*

*Idem Episcopos, atque prælatos ecclesie face-  
re decet.*

*Necessarijs forte de rebus profecturi, bonis  
& iustis viris tautis per rem publicam commit-  
tant.*

tant. Quemadmodum ascensurus Moses in montem, senioribus ait: Expectate hic donec renuntiamur ad vos: habetis Aaron & Hur vobiscum, si quid natum fuerit questionis, referetis ad eos.

Si quid peccatum erit dum abessent, hoc Nehemia reuersi corrigant. Ut se Nehemias fecisse pro ultimo. Et David fecit diligentissime i. Regum cap. 30.

Massilienses in republica sua otiosos non serebant, & Areopagite Athenis in omnes inquirebant quid quisque ageret, aut quoniam quaestu sustentarentur: ut homines honestatem, vita rationem memores reddendam esse, sequerentur teste Valerio Lib. 2 cap 1.

Porro veteres gloriosi Principes tunc demū Vide pī. patriam se exornaturos, confirmaturosque ar. li. 2. de off. burabantur, si religione, & sapientia fulcirent, scholastic. hoc est, si templo & sacra, si scholas atque acadē & quæ. i. mias fundarent. Summum Principis officium est, ut veræ religiosis & sanctitatis disciplina, ciuium animi imbuantur, sapientiaque & egregijs virtutibus exornetur.

### QVAESTIO XLIII.

Quomodo quis cum vxore commode consentienterque & recte in coniugio degret?

### RESPONSIO.

Muliebris sexus confidens est & amans, & ad quamcunque rem, cui intendit, perficit.

perficiendam idoneus: sed mutabilis quoq; est ob consilij & naturæ imbecillitatem: idcirco cù ratione ac prudentia tractare oportet, nec irritandus aduersando ad conté tiones. Nam vita ad certum aliquem finem dirigenda est, velut nauium gubernatores faciunt: omniaque consilia & conatus eo referenda sunt. Quod Diuino tandem auxilio perficitur.

## COMMENTARIUS.

**Genes. 2.** **E**vam ex Adami latere pduxit Deus, ut nec domina eius, nec serua esset, sed adiutoriū & socia Cūq; Eua maritum suum ad peccatum protraxisse: Sub viri, inquit DEus, postestate eris, & ipse dominabitur tui.

**Genes. 3.** Adamo similier maledixit, quod sua dignitatis oblitus, uxori magis quam Deo obtemperasset. Herus patriarchæ Joseph nimium credens uxori, innocentem puerum ad falsam adulterie accusationem iniuste carceribus inclusit: Genes 39. Achab rex Iesabel uxoris impiam voluntatem fecutus, grauiter in Dei potentis indignationem incurrit. Ac multis

**3. Reg. 21.** in omni hominum memoria perniciosissimum fuit, quod uxoribus atque concubinis suis magis, quam DEO, quam legi, quam regi, & ecclesiae obedissent. Prudenter fecit Assuerus rex, quod petulantis uxoris Vashti amo-

**Hester. 1.** rem saluti publicæ postponeret.

Sapientissimus Salomon Proverb. 18. **Qui**

inuenit mulierem bonam, inuenit bonum: qui expellit mulierem bonam, expellit bonum. Ecclesiasticus capite 9. Ne des mulieri potestatem anime tuae, ne' ingrediatur in virtutē tua, & confundaris. Et capite 25. Placent D E O vir & mulier bene sibi consentientes. Capite autem 25. Ne des mulieri nequam veniam prodeundi: Si non ambulanterit ad manum tuam, confundet te in consperatu inimicorum: à carnibus tuis abscindet illam, ne semper abutatur tibi. Huc periinet, quod vulgo fertur: Vxori cede, non pare. Multa indidit natura mulieri adminicula quibus virū in amorem sui pertraheret, qua pulchritudine declarat Basilus Magnus in libro de virginitate: idcirco viro curandum erit, ut suam dignitatē atque officium tueatur. Nec tamen sit, velut leo in domo sua Ecclesiastici cap. 5.

Interrogatus aliquando C H R I S T U S à Pharisaeis: utrum liceret uxores dimittere: respondit: Non legistis: quia qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos? Et dicit: propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhæredit uxori sue, & erunt duo in carne una, itaque iam non sunt duo, sed una caro.

Quod ergo Deus coniunxit, homo non separat. Paulus Apostolus ad Corinthios rescripsit: 1. Corin. 7. quod vir sui corporis potestatem non habeat sed Uxor & uxor vir: orationis

Matth.  
capite. 19.

tamen causa aliquando continere hortatur.

*cap. 3.* Ad Colossenses autem scribens: *Viri, inquit, diligite uxores vestras, & nolite amari esse ad illas: Mulieres subditæ estote viris, sicut*

*cap. 5.* oportet, in domino. Et ad Ephesios: *Viri diligite uxores vestras sicut CHRISTVS ecclesiam dilexit, & seipsum tradidit pro ea. Ita viri debent diligere uxores suas ut corpora sua. Qui sum uxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim prefa. unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam sicut Christus ecclesiam. Mulieres viris subditæ sint sicut domino, quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesie.*

D. quoque Petrus epistola prioris cap. tertio. *Viri similiter cohabitantes secundum scientiam quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, tanquam & coheredibus gratia vite, ut non impediantur orationes vestrae.*

Memorabile Raphaelis Archangeli verbum est ad Tobiam iuniorem Tobie 6. *Qui coniugium ita suscipiunt, ut Deum à se & sua mente excludant, & sue libidini ita vacent sunt equus & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem demonium super illos. Tu accipies virginem cum timore domini amore filiorum magis quam libidine ductus. Et ipse Tobias ad Sarah uxorem ait capite 7. Filij sanctorum sumus & non possumus ita coniungi, sicut gentes quæ Deum ignorant. Nimium uxoris*

*vxoris amatorem, adulterum vocat glossa cap.  
Nubendi 27. qu. 1.*

Epicetus enchridi capite 55. scriptum reliquit: Mulieres statim à 14. anno domine vocantur his enim viri ob concubitu blandiuntur, virorum ergo culpa sibi deinceps nimis placent. Monende igitur sunt, fore apud nos in honore, non ob aliud, nisi si modestae sint, & virum reuereantur.

Panormitanus libri tertij de gestis Alfonsi Aragonum regis cap. 7. narrat, ipsum dicere solitus: Matrimonium ita demum sine querela transfigi, si mulier caca, maritus surdus fieret. Propter suspitiones & rixas mulierum, de funone Juga & uxoriplaca Dea in academia Romana perscripsi.

### QVAESTIO XLIII.

Quomodo non deciperetur: vel sine eratis viueret?

### RESPONSIO.

Si singula cum ratione agas, nec calumnias tibi facile persuaderi patiaris, sed tu ipse prudenter dicta quæq; & facta expendas, perficiasq; nunquam laberis vel errabis. Hæc vero sic expendero atq; in his perseuerare, diuinæ potentiaz opus est.

### COMMENTARIUS.

HUC pertinet illud Salomonis Pro. cap. 25. Cansam tuam traxa cum amico tuo.



*& secretum extraneo ne reueles.*

*Apollonius olim à Babilonia rege interrogatus, quomodo tuto regnare posset, respondit: Si multos honoraueris, paucis credideris. Qui enim facile credit, cito decipitur.*

*Quomodo autem adulatores cognosceret, questione 40. declaratum est. Consiliarijs quatenus credendum sit, questione 52. videbitur: quibus amicis utendum iudicaret, 57. respondit.*

### QVAESTIO XLV.

*Quomodo quis ab ira liber & vacuus esse posset?*

### RESPONSIO.

*Si tu rex consideraueris, quod cum omnium potestatem habeas, si adiunixeris iram mortem sis multis allaturus. Triste autem & pernitiosum esset, si quis ex eo quod omnia in sua potestate habeat, multos vita priuet. Deinde, si perpenderis quod cum omnes habeas tibi subiectos, neminem aduerfantem, non esse cur tibi sit irascendum. Postremo, si & hoc perpendas, quod Deus totum mundum cum mansuetudine gubernat, absq; omni iudignatione, eumq; tibi esse imitandum.*

### COMMENTARIUS.

*Q* *Vam pernitiosa & execrabilis bestia sit ira, diuinis & humanis literis docetur. Cain, enim per iracundiam fratrem suum Abe-*

*Abelum occidit geenes. 4. Et Joseph patriarcha fratribus suis non frustra pracepit: Ne irascamini in via, Genes. 45. Virum stultum interficit iracundia. Iob. 5. Ira viri iustiam non operatur, Iacobi 1. Ira furor brevis est, atque ad omnem functionem inutilis: aqua non minus exitij esse aiebat Chilo, unus ex 7. sapientibus, quam ab hoste.*

*Ioannes Chrysostomus homilia 29. 30. 31. ad populum Antiochenum eleganter ab ira omnes homines promiscue dehortatur. Ipseque Christus Jesus proficitur apud Matth. ca. 5. Omnis qui irascitur fratri suo temere, reus erit iudicij. B. Ambrosius lib. 1. officiorum ca. 21. Caveatur iracunda, aut, si caueri non potest, cohibeatur: mala enim illex peccati indignatio est, que ita animum perturbat, ut rationi non relinquat locum. Resiste irae si potes, cede si non potes Scriptum est enim: Dat ergo locum irae.*

*Non mediocre est mitigare iracundiam, non inferius, quam omnino non commoueri. Pulchre ibi locum David explicat: irascimini & nolite peccare, Psalm. 4.*

*Refert quoq; elegans Archytæ Tarentini verbum ad suum villicum: O te infelicem, quam te afflictarem, nisi iratus essem.*

*Similiter Plato cum seruum castigare vellet, sentiretq; se iratum reiecit hoc in Xenonatem: Flagellatu eum, inquiens, quoniam*

me vides plus satis iratum, authore Laertio. Et Charillus ad seruum: Nisi iratus essem, te occiderem. De Alphonso Aragonum Rege scribit Panormitanus lib. i. cap. ii. quod pincerine iratus, pugionem abiecerit, ne committeret aliquid se indignum.

Iosocrates Nicocli regi præcepit, ne quid omnino per iracundiam ageret. Augusto Cæsari Athenodorus consulebat, ne quid iratus diceret faceretue, antequam grecum Alphabetum recitasset. Quod tantopere Cæsari placuit, ut quem prius in patriam redire permisera, integrum annum retineret. B. Ambrosius Thodosio persuasit, ut sententia capitinis in literat relata ad trigesimum diem differretur, ut narrat Calixtus lib. 12. cap. 41. Et Sozomenus refert Lib. 7. cap. 24.

Ad Justinianū Imperatorem rescripsit Agapitus: Principis est aliquando irasci mediterer, sed hoc non sine magna causa veniendū: ut & malorum cupiditas compescatur, & bonis sui purgandi non desit occasio.

Paulus Jurisconsultus in L. Quicquid ff. de regulis Iuris. Quicquid, ait, calore iracundia vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam si perseverantia apparuerit indicium animi fuisse.

Basilius Magnus aliquando interrogatus, an fieri posset ut homo non irasceretur, quæstio-  
vie 127. compendiosa, respondit: Si miles in con-  
spectu

*Specu Regis se cohibere potest ne irascatur: poterit certe in conspectu omnia videntis Dei ab ira abstinere.*

*Si quis forte commoueatur vehementius, obseruare semper oportet hoc Pauli ad Ephesos:*  
*4. Sol non occidat super iracundiam vestram:*  
*Nolite locum dare diabolo.*

*Quomodo tamen Deus aliquando irasci datur, pulchre & eleganter explicat Lactantius in Libro de ira DEI.*

#### QVAESTIO XL VI.

*Quid sit bene consulere, sanaque capere consilia.*

#### RESPONSIO.

*Omnia cum ratione & diligentia ponderatione agere, adhibitis quoq; in consultationem contrarijs: ut sic inspectis consideratisq; singulis & rectum consilium capiatur, & quod conclusum est, peragatur. Sed illa demum optima consilia sunt, quæ diuina virtute in pijs animis reguntur.*

#### COMMENTARIUS.

*E*pictetus Enchiridijs capite 33. admonet, ut quisquis aliquid aggressurus est, eius initium primo, deinde quid inde consequatur, consideret, & tandem fortiter aggreditur.

#### QVAESTIO XLVII.

*Quid esset philosophari?*

P 3

RES-

## RESPONSIO.

Rectè de singulis quæ accidunt in vita sentire, nec ullis cupiditatibus de gradu moveri, consideratisq; malis quæ ex cupiditatibus oriuntur, recte omnia & moderate agere. Quod vti fiat, Deus implorandus est.

## COMMENTARIUS.

**Q**via philosophi Regem ad studium sapientiae crebro hortabantur, & vel philosophos regnare, vel reges philosophari debere affirmabant: ergo quid esset philosophari, ex Hebraeorum sapientibus audire, ut videatur, cupiebat.

Plato atque philosophiam esse similitudinem hominis cum Deo. Philosophi enim, auctore Cicero*i. Tusculana*, animum voluptatibus, à corpore, à re familiari auocant, atq; abducunt, confuscentq; mori.

Sapientia est vitium fugere, & stultitia carere, atq; virtutes amplecti.

Quam necessaria viris principibus philosophia existeret, & quam praelatos illa fructus apportaret, in libris officiorum scholasticorum edisserui.

## QVAESTIO XLVIII.

Quomodo apud peregrinos inueniret hospitales, & facile ipsum recipientes?

42.

## RESPONSIO.

Si omnibus te æqualem praebas, & inferiorem poti<sup>9</sup> quam superiorem apud quos pe-

peregrinaris. Nam & DEVS amat eos qui se humiliant : & homines quoq; demissos humanitate prosequuntur.

### QVAESTIO XLIX.

Quomodo extruere posset opera, quæ essent diuturna?

### R ESPONSIO.

Si magna & honorifica perficias opera, à quibus alij abstinere cogantur ob pulchritudinem, nec ullus similia ausit incipere, aut alios curæ necessariæ ad ea perficienda intentos perpellere queat sine mercede: Sed præcipue hoc ita assequeris, si consideres DEVVM magna prouidentia gubernare & tueri genus humanum, & ipsis suppeditare valetudinem, integratatem sensuum, aliaq; similia: quem tu imitari debes minimè interim neglecta iusta malorum compensatione. Ea namq; solidam diuturnitatem habent quæ per iustitiam fiunt. QVAESTIO L.

Quis esset fructus sapientiæ?

### R ESPONSIO.

Non esse sibi concium malarum actionū <sup>que. 31.</sup> semperq; per oēm vitam veritatem colere: <sup>34.</sup> <sup>47.</sup> hinc enim summum gaudium, & maxima tranquillitas animi nascitur. Rex: Spes etiam in Deo præclara tibi continget, pie regnum administranti.

**ARISTAEAE  
ARISTEAS.**

Omnes illa multo ingentique applausu approbabant: Rex vero plenus letitiae ad propinandum ijs vertebatur.

*Dies sextus.* Sequenti die eadem discubentium in parato conuiuio series erat: & Rex data opportunitate reliquos interrogare cepit: atq; ad primum dixit:

**QVAESTIO LI.**

Quomodo aliquis cauere queat, ne in superbiam incidat?

**RESPONSIO.**

*Quest. 21.* Si primo æqualitatē seruet; deinde semper minibus præsit: tertio si cogitet, DEVM deprimere superbos, & extollere humiles?

**COMMENTARIUS.**

**Q**uoniam Regibus maxima superbia fermenta præbentur: potentia, opes, victoria, & adulatorum greges: ut 67. admirabilem vocet, qui ijs non efferratur: idcirco Ptolomeus Rex contra pestilentissimam hanc beluam verum remedium quæsiſſe videtur.

Duobus autem hic argumentis eam propulsari posse indicatur: si consideretur, quam superbia homine indigna sit. & quam pernicioſa, Deo, ingrata lues existat. De utroque pauca qdam adscribenda putauit: si prius superbie originem vulgatis versibus comprehensam, reci-

tancre:

HISTORIA.

233

*auero: Censuſ, nobilitaſ, vox, fama, ſcientia, virtus,*

*Robur, honor, ſpecies, ſuccellus, viellus, amictus,*

*Recta valetudo, pietas, & mentis acumen:*

*Hac plerūq; ſolent hominem preſtare ſupbū.*

*Nihil vero in omnibus illis eſt, quare aliquis inſoleſcat. Nam:*

*Quid ſuperbiſ, inquit Eccleſiaſticuſ capiſt  
io. terra & cinis? Rex hodie eſt, & cras mori-  
tur, hereditabiſ ſerpentes, & beſtias, &  
vermeſ.*

*Initium omniſ peccati eſt ſuperbia.*

*Et Dauid psalmo 101. Defecerunt ſicut fu-  
muſ Dic̄s mei, & oſſa mea ſicut cremiuſ arue-  
runt. Dic̄s mei ſicut umbra declinauerunt,  
& ego ſicut fœnum arui. Rurſus Psal. 102. Re-  
cordatus eſt quia puluis ſumus, homo ſicut fœ-  
num, dies eius ſicut floſ agri efflorefbit. Et Psal.  
143. Domine quid eſt homo, quia innotuſti ei,  
aut filius hominiſ quoniam viſitasti eum? Homo  
vanitati ſimiliſ factus eſt, dies eius ſicut umbra  
pretereunt.*

*Recte dixit S. Bernardo: Conſidera o homo  
unde ueneris, & erubet; ubiſis, & inge-  
miſce. quo uadas, & contremiſce.*

*Unde ſuperbit homo, cuius concepſio culpa,*

*Nasci poena, labor vita, neceſſe mori?*

*Post hominem vermis, post vermem, factio  
& horror,*

*Sic in non hominem vertitur omniſ homo.*

Tanta est humani generis miseria, ut veteres putarent optimum esse homini non nasci, aut statim emori. Proverbioq; celebratur: Homo bulla.

Ad calamitosi nomen, aiebat Sophocles, satis est, ut homo sis.

Innocentius III. Pontifex Maximus tres libros de contemptu mundi, sive de miseriis vitae humanae prescripsit: ubi hunc locum egregie perquisuit.

*Quisquis forte animi, corporis, aut fortunae bonis, a Deo praeceteris exornatus est: nihil habet cur in superbiam efferatur.*

Omnia enim ista DEI dona sunt, qui statim potest ea auferre, atq; alijs maiora clargiri. Dei dona, talenta sunt, quibus nisi recte utaris, satius erat nunquam acceperis. Stultus est de alienis superbia.

Considerandum quoq; erit, si alijs talibus essent a DEO bonis instructi, quam egregi illis ad aliorum salutem, & utilitatem publicam uterentur. Et (quod Epictetus quoq; enchiridij capite 62. admonet) ad cauendam superbiam prodest, si cognoscatur, quanto infiniti homines nobis prastantiores sint, innumerisque donis redundant, quibus nos caremus.

Quocirca veteres, non modo ametes & furiosos, verum etiam miseros appellabant, quotquot corporis vel animi bonis efferebantur, vel opibus,

*bus, aut principium gratia, aut multitudinis  
fauore nitebantur.*

*Ad Iustinianum Imperatorum scripsit Agapitus: Etsi Princeps DEI imagine honoratus est, eque tamen ex abiecto puluere quam ceteri homines constat. Quae res eum docere debet, ut in omnes aequalitatem agnoscat, nec immodecum sibi placeat. Et: Sunt quos Imperij honor suos ac superciliosos reddit, ut qui potentiam suam non minus iactant, quam cornua obuertit taurus: sed tu carnis tuae vilitatem considera, & animi tumor facile residebit. Nam & si terrena ditione potiris, tamen instrumentum veniat: Princeps omnes è terra limo ducere originem. Siquidem è puluerg ad regia tribunalia concendent, & rursus è tam sublimi solio in puluerem recidunt.*

*Reges quidem ac Principes in summo magistratu a D E O constituantur, ut ipsius vicarij sint in terris, pacem & tranquillitatem inter homines conservent, sacratissimamque religionem tueantur. Considerarg' Vide nihilominus oportet, quod & ipsi homines sint, & hominibus Dei filijs, Christiq, preuofissimo sanguine redemptis, Dei loco imperent: accusatam olim Deo gesti magistratus rationem reddituri.*

*Sum quidem & ego mortalis homo, ait Sa-*

*pi-*

piens capi. 7. Similis omnibus, & ex genere terreno illius qui prior factus est, & in ventre matris figuratus sum caro, decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis & delectamento somni conueniente. Et ego natus accepi communem aërem, & similiter dedidi in terram factam, & primam vocem similem omnibus, emisi, plorans.

In inuolumenit nutritus sum, & magnis curis. Nemo enim ex regibus aliud habuit natitatis initium. Unus introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus.

Iacircō Hester regina profitetur capi. 14. Tu scis domine necessitatem meam, quod abominer signum superbiae & gloriae meae, quod est super caput meum, in diebus ostentationis meae: & detester illud quasi pannum menstrualis, & non portem in diebus silentij mei. Simile est huic Regis cuiusdam oratio, apud Valerium Libro 7. ca. 2. O nobilem magis, quam fælicem pannum quem si quis penitus cognoscat, quam multis solitudinibus & periculis, & miserijs sit referens; ne humili quidem iacentem tollere vellat. Loquitur autem de diadematè regio.

Nicephorus Calixtus Lib. 12. historia Ecclesiastica. cap. 42. auream Placilla Augustæ ad Theodosium Imperatorem orationem refert. Considerare te semper cōiunct suauissime oportet, & quis ante fueris, & in quem locum tūc enixerit universitatis huius Domus. Si enim per-

potu-

petuam huius rei obtinueris memoriam, non  
prorsus te ob accepta beneficia erga eum ingra-  
tum præstabis, sed ex prescripto legum D E I,  
quod ab eo accepisti gubernabis imperium. &  
ita eum qui id tibi, ut fidelis minister, commisit,  
rite coles. Libri vero 17. capite ultimo nar-  
rat: Justinus Tyberio coronam imperatoriam  
impositurus, ea verba diserte ad eum est prolo-  
catus, que memoriam omnem veterem & no-  
num longe excellunt: Ne te vir optime umbra  
ista phantasia, sine apparatus huius, & ve-  
stis haec decipiat, quibus & ipse praterquam-  
deceret tranuersim raptus, non sensi meipsum  
supremis penis obnoxium redderet. Nosce quis  
ante fueris, & quis hodie factus sis. Si peccare  
non vis, ne arrogans & superbus fueris: ipse  
namque vides, quis ego paulo ante fuerim, &  
quid nunc sim.

Tiberius Imperium Mauritio traditurus,  
apud eundem Nicephorum lib. 18. capi. 6. Ita  
alloquebatur: Purpuram perinde ac vilem pan-  
nū tibi iniectum esse per philosophie studium,  
existimat: coronam autem qua caput tuum cin-  
etū est, nihil à lapillis qui circa marinum littus  
fluctibus alluuntur, differre puta. Ipse purpure  
flos, quod subtristior est, exhortari mihi princi-  
pes videtur, ut moderationem animi rebus se-  
cundis seruare assuecant, neque nimium laten-  
tur, aut luctuosa ista monarchiae stola superbi-  
ant. Imperij siquidem sceptrum non immoderat

tam potestatem, sed splendidam potius servitatem exercere admonet.

*Archidamus Agesilai filius, cum post confitetur apud Cheroneam, à Philippo rege Macedoni literas acerbiores accepisset, rescripsit. Si metieris umbram tuam, haud quaque reperies illam factam maiorem, quam erat ante victoriam. Ac ipse rex Philippus cum intelligeret, uno die multas res fœliciter esse gestas, portrectis in cælum manibus: O, inquit, fortuna, pro tot tantisque bonis leui quopiam me malo affice. Macedones nihilominus, quia verebantur, quod Rex propter varias insignes victorias futurus esset insolentior, voluerunt, ut iuuenis quidam crebro clamaret: Philippus, memento, quod homo sis. Quemadmodum Ecclesia Catholica, pia mater, in principio quadragesimæ filiis suis clamat: Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reuerteris.*

*Romanorum reges propter superbiam libidinemq[ue] eiecli fuerunt. Et Decemviri, cum potestate sua abuferentur, repudiati sunt: id quod Fenestella capite 7. et 14: Pomponius Latus case 15. de magistratibus Romanis testantur.*

*Prudens olim Solon, Cræsus admonuit: ne nimium fortunæ florente consideret: esseque dementiam sumnam, rebus secundis insolenter extrolli. Quod ipse Cræsus à Cyro denictus, & pyra impositus aperit.*

voce profitebatur.

Hac, & his similiæ exemplatantam, omnibus hominibus cognoscendæ conditionis sua materiam præbent, ut nullum maius demeritum atque temeritatis iudicium sit, secundis rebus efferri. Quoniam nemo est qui sibi queat unum diem, vel horam potius, omni calamitatæ liberam polliceri. Omnes humanae opes subito evanescunt, & ex altissimo gradu Principes maximi, cum omnium mortalium admiratione sepe conciderunt ingentiique seruitatis impetu, DEUS eorum statum, qui nimium, sibi præsidunt, quasi turbans conuelliit & deicuit. Ut nemini exploratum esse possit, omnia jibi ad extremum vita spiritum fœliciter euentura: & acerbi casus, & inopinata tempestas florentem statum sepenusero peruertere, malorumq; omnium fluctibus obruere videntur.

Quocirca stulti atque insani est, in secundis rebus humanae imbecillitatis obliuisci: nec omnia mala quæ possunt singulis dieb<sup>z</sup>, & horis, atque adeo momentis incidere, ant meditari.

Quid superbo Regi Nabuchodonosor accidit Dani. cap. 4. scripura sacra commemorat: De Antiocholi, 2. Mach. cap. 9: & cap. vlt. de Nicanore videre est.

Dionysius, Sicilæ tyrannus potèissimus ex maximo Principe ludim agister factus, tanta

mutatione maiores natu docuit, ne quis nimis fortuna crederet. Et Siphax rex consimilem fortunam iniquitatem expertus fuit, quando ad Scipionem catenatus à Lælio pertractus, quem regio insidens solio arroganter contempserat, eis genibus supplex procubuit: ut de utroq; narrat Valerius li. 6 c. vlt. Propter eandem causam Romanorum Imperatores aureum fortunam simulari in cubiculo suo habebant, Alexander Sardus Lib. 2. de moribus gentium, cap. 13.

*Anima, quæ per superbiam aliquid commiserit, siue ciuis sit ille, siue peregrinus, quoniam aduersus dominum rebellis fuit, peribit de populo suo. Verbum enim domini contempsit, & preceptum illius fecit irritum: idcirco celebitur, & portabit iniquitatem suam: inquit scriptura Numer. 15. Et Deut. 17. Regis cor ne eleuetur in superbiam super fratres suos. Et Tobie 4. Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio.*

Et Iudith 9. Nec superbii ab initio placuerunt tibi. Et Job. 10. Propter superbiam, quasi lenam, capies me. Et cap. 11. Vir vanus in superbiam erigitur. Et 15. Cunctis diebus suis impius superbbit. & numerus annorum incertus est tyrannidis eius: sonitus terroris semper in auribus illius. Et 20. Laus impiorum brevis est, & gaudium hypocrite ad instar puncti. Si ascenderit usque ad cælum superbia eius, & caput eius nubes

*nubet terigerit, quasi sterquilinium in fine perdeatur: & qui cum viderant, dicent: Vbi est? Velut somnium auolans non inuenietur, transiet sicut visio nocturna.* Et cap. 40. Disperge superbos in furore tuo, & confunde eos, & respiciens, omnē arrogantem humilia: respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere impios in loco suo. Similiter David Psa. 100 Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam. Et Salomon Prover. 11. Ubi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: ubi autem est humilitas, ibi & sapientia.

Et capi. 16. Abominatio domini est omnis arrogans. Et Ecclesiasticus cap. 10. Odibilis coram Deo est & hominibus superbia. Qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, & subuerteret eum in finem. Sedes Ducum superbiorum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Memoriam superbiorum perdidit Deus, & reliquit memoriam humilium sensu. Cadet superbis & corruebit, & non erit qui suscitet eum, Hieremie 50.

Si exaltatus fueris ut Aquila, & si inter sidera posueris nidū tuum, inde detrahant te. Ad die i. De Principe Tyri horrenda prophetia existat apud Ezechielem cap. 28.

Interrogatus aliquando Chilon: quid ageret Jupiter, respondit: Excelsa humiliat, & humilia extollit. Quod Christus Iesus Luca 18. sic expressit

Q sit:

*sit: Omnis qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat humiliabitur.*

*DEVS enim humilia respicit in calo & in terra, suscitans a terra inopem, & de stercore erigens pauperem, ut collocet eum cum Principibus populi sui, Psal. 112.*

*Ac, ut semel dicam, qd. Euia per superbiam perdidera, hoc per humilitatem Maria restituit, Luce namqz primo capite profitetur. Resperxit humilitatem ancillæ sue. Dispersit superbos mente cordis sui: depositus potentes de sede, & exaltauit humiles.*

### QVAESTIO LII.

*Quibus consiliarijs vtendum sit.*

*Qua. 58.*

### R ESPONSIO.

*Qui multis in rebus versati, synceram erga te benevolentiam seruent, & moribus sint tui similes: sed Diuina illustratione percipitur, qui sint huiusmodi.*

### COMMENTARIJS.

*Q*uoniam Ptolomeus Rex, ut ex precedenti bus appareret, magnum esse regni firmamen & famil. quam plurimos iustos & prudentes viros, quo-  
*De magi. tum & robur aiebat si reges circa se haberent  
& famil. quoniam 65. & rum consilio uiterentur: ergo hanc questionem  
66. proponere voluit, ut Iudaorum de ea sententi-  
am audiret. Et omnes certe consiliarijs indiget.  
*Nec enim aliquis princeps ullo modo potest,  
vel in bello victoriam, consequi, vel in paci-  
dignitatem, uerti, vel in otio tranquillitatem,*  
*retin-**

retinere, vel tot hominum millibus prospicere,  
qui non multis oculis & auribus, honorumque  
hominum comitatu circunseptus est.

Multi ergo sunt in regni administrandi so-  
cieratem conuocandi, qui sunt regiarum virtutum  
opibus illustrati, iustitia, temperantia, fortitudi-  
ne, granitate, constantia, liberalitate, & ea, qua-  
landes omnes complectitur, sapientia.

Hester cap. i. Assuerus Persarum & Me-  
dorum rex predicatur, quod semper viros sapientes  
adhibuerit, scientes leges & iura Maiorum, de  
quorum consilio cuncta perageret. Et Ecclesi-  
asticus admonet capite 9. Cum sapientibus  
& prudentibus tracta. Et capite 8: Non te pra-  
tereat narratio seniorum, ipsi enim didiserunt  
a patribus suis. Ne despicias narrationem  
Presbyterorum sapientum, & in proverbiis eo-  
rum conuersare.

Marius Maximus meliorē esse rem publicam  
& prope tutiore referebat, in qua princeps ma-  
lus esset, quam in qua amici principis prani ex-  
tarent. Quandoquidem unus malus possit a  
pluribus bonis corrigi, multi autem ab uno ne-  
quaquam. Crispinianus in Consulibus.

Homulius senator Romanus optare solebat poti-  
malū principē, q̄ bonos haberet cōsiliarios ac ami-  
cos, q̄ bonū q̄ malos haberet: quibus rerū admi-  
nistrationē cōmitteret. Putabat enim facilius fo-  
re, ut a multis bonis unus malus ad saniora du-  
ceretur, quā ab uno bono multi a malicia aner-  
terentur.

Fulg. lib. 7. cap. 2.

*Idem cum à Traiano Romanorum imperatore audiuisset, Domitianum pessimum fuisse imperatorem, amicos tamen optimos habuisse dixisse fertur: melius erat unum malum pati, quam multos, multi enim mali non possunt ab uno quamvis bono villa raiione superari.* *Elius Lampridius in Alexandro.*

*Cœsus rex Lydorum vicitus à Cyro Persarum rege, illi postea in rebus gerendis semper optimè consuluit. Itaq; Cyrus contra Massagetas expeditionem suscipiens (in qua etiam perit), filia suo Cambysi Cœsum commendauit, utq; illius consilio uteretur: monuit Herod. Li. i.*

*Domitius Ulpianus iurecons. clarissimus. pretorio præfector sub Alexandro Mammæ omniumq; eius consiliorum particeps sua prudètia principem, atq; adeo totum rexit imperium.*

*Propterea quærenti Cōstantino Magno. quo pacto Alexāder adolescēs & Syrus in tale euassis set principem, cum Tiberij, Caligulae, Nerones, Domitiani, Commodi, Tuliani, ante illum principes Romani sanguinis, imperatorum nomen dignitatemq; fœdarint? responsum fuit: id potissimum moribus ac probitati eorum accepto esse ferendū, quos ille princeps in consilio haberat. Ulpiano, Tuliano, Paulo, Pomponio, Fabio Sabino, iureconsultis præstantissimis & U.C.Rutilius in vita Ulpiani.*

*Anacharsis philosophus asserebat principis esse.*

*esse, ne solus prudens sibi videretur, sed aliorū consilia libenter audiret.*

*Antoninus putabat expedire, ut unus tot sapientum consilia sequeretur, quam unius tot prudentissimi viri, præsertim, cum paucissimis, authore Plutarcho, contigerit fœlices esse, & recte sapere: cumq[ue] multa sint, quae possint viros principes in peruestigatione veri impedi-*

*Achis rex, & si Davidem virum bonum et fidelissimum amicum esse sciebat: & satrapas atque consiliarios suos frustra de illo proditio- nem suspicari: tamen eorum potius con- silio, quam propria voluntati obtemperabat: Davidemq[ue] è prælio discedere iubebat, i. Regn cap. 29.*

*Tyberius Imperator ad Mauritium ait, apud Nicephorum lib. 18. historiæ ecclesiasticae cap. 6. Minime opinionem eam, quod pruden- tia omnibus antecisas, concipe, quamvis fortuna, quæ sublimis tibi contigit, omnes superes. Antigonus rex Macedonum, ad Zenonem scri- bens, apud Laertium libro 7. de placitis philo- sophorum fatetur, diuinijs, fortuna, & gloria se Zenonem superare, verum sapientia studiisque liberalibus longe à Zenone philosopho superari: quare amicum & consiliarium sibi facere stu- debas.*

*Absalon regnum inuasurus, Achitophel upremum Davidis consiliarium sibi reconcili- abat.*

abat. 2. Reg.: 5. Repleteque in omni hominum memoria rempublicam administrasse reperiuntur, qui, & si consilio & prudentia ipsi valeret, nihilominus tamen bonis atque eruditis. prudentibusque consiliariis usi fuerint. Quanquam in primis curandum est, ut principes in consilium adhibeant pietatem, modestiam, liberalitatem, clementiam, iustitiam: caueant vero tyrannidem, crudelitatem, asaritiam, iram, eaterasque cupiditates, que merito pessimi omnium consiliarij appellantur.

Deinde in feligendis consiliariis maxima cura opus est, quoniam non modo ipsum Principem, verum etiam rempublicam conservare & perdere possunt: ut vix illa alia in regno sit periculum maius. Delicentur, autem, quantum fieri potest, qui tanta prudentia sint, ut omnia diligenter explorent, queque eventura sint ex antecedentibus causis multo ante prouideant, nec ea consulant quorum aliquando penitente oporteat: qui tanta fide sint, ut nullo quatuor aut emolumento a veritate atque officio deducantur: quique priuato commodo publicam utilitatem anteponant. Et tanta gravitate virtuteque prediti sint, ut nulla in re adulari, aut pranis aliorum sententijs cedentur velint, nec ullo metu quo minus omnia que salutem adserrare possunt, aperte dicant: impediantur. Multi enim hoc tempore, quamvis recte sentiant, & reipublica consulentes cupiant, ne tamen

in principum offenditionem incident, & qualcunq<sup>z</sup>, damnum patiantur, vera & utilia suadere non audent. Rectius multo Solon apud Laertium præcipit: Consule Principi non dulciora, sed optima. Agesilaus diligebat, qui non dubitarent in loco aduersari atq<sup>e</sup>ne reprehendere. Fit aliquando, ut sicut agroti s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> pharma<sup>c</sup>a salutaria, sed acerba aspernatur & respunt, earumque rerum cupiditate capiuntur, quæ sunt sanitati valde contraria: ita Principes interdum animi morbis oppressi & impediti, veritatis medicinam reieciunt, & elaborata concinnitate mendacij, falsaque dulcedine vanitatis alliciuntur. Ita vero fit, ut quamvis in principio voluptate aliqua afficiantur, aliquando tandem dolore & cruciatu<sup>m</sup> p<sup>e</sup>nas temeritatis & amentiae per soluam. Et qui horum autores fuere, aut quando poterant, non impediuerunt, sed falsis rerum imaginibus elusi, falsos honores ambibant, bonaque inania conse**ct**abantur: malam apud Principes, quos seduxerunt, & apud rem publicam, cuius bonis frustra tam splendide abusi sunt, gratiam mercantur, perpetuamque infamiam incurvant, & assiduis flagitorum & scelerum penit excrucientur.

Satrapæ & confiliarij Regis Achis quia pernitiosum reipublicæ & saluti Philistinorum videbatur futurum, si Da-

uid  
Q 4

*nid profugus cum ipsis contra Iudeos in prælii  
descenderet. etiam irato Regi audacter restitu-  
runt: donec Danidem cum sociis domum redire  
iuberet. i. Regum cap. 30.*

*Eris procul dolor tales consiliarij difficulter in-  
ueniri possunt. Catalani optimum fore censem it-  
bus, si Alphonso Aragonum Regi adolescentu-  
lo septem viri ad gubernandas res publicas ad-  
iungerentur, qui DEUM timerent, insitiam  
colerent, cupiditates refrenarent, neq; donis ne-  
q; muneribus caperentur: ipse Rex respondi-  
se fertur. Si tales non septem sed vel unum deder-  
itis continuo illi & regnum & regimen con-  
cessero Lacedemoniorum.*

*Lacedemoniorum consilijs semper angues-  
intererant, & apud veteres in paganismo Ro-  
manos præcipui consiliorum moderatores erant  
sacerdotes: ut ex Cornelio Tacito, in eorum aca-  
demis declaravi.*

*Ita propter causarum diuersitatem, secula-  
res & ecclesiastici viri adhibeantur in consilium,  
ne de rebus ignotis indicare quisquam, cu  
reipublicæ detrimento cogatur. De his qui de  
rebus sacris laicos, grammatellosq; sententiam  
dicere iubent, in libris officiorum scholasticorū,  
& monachi cap. vlt. pluribus verbis differui.*

*Alexander Seuerus, teste Lampridio, theolo-  
gos. Iurisperitos, Medicos, historicos milites in  
consilium adhibebat. & illa quemq; interroga-  
bat, quæ ad suam professionem pertinerent: da*

10 singulis spatio ad disquirendū ne grauissimis de rebus temere & incogitate dicerent. Prefectos autem prætorio voluit esse senatores Romanos, ne quis non senator de senatore iudicaret.

Utinam hoc ecclesiastici Principes obseruarēt, qui in negotijs ecclesiasticis consiliarijs laicis videntur: quorum aliqui res sacras parum intelligunt, aliqui etiam non admodum curare videntur, quidam fortassis euertere student.

Senes plerumq; consilio valere, quem admodum iuuenes viribus perhibentur: quod vehementer iudicium hominis confirmet experientia: ut Ciceronis Cato probat. Roboam filius Salomonis, quia contempto prudentissimorum senum consilio, temerarios & inexpertos iuuenes audiebat: precipuam regni partem amisit.

3. Regum cap. 12.

Quo exemplo utitur B. Ambrosius lib. 2. officiorum cap. 18. Romanumq; Imperium iuvenile consilium perdidisse ferunt.

Quod crudeles & avari non essent in consilium adhibendi, sed misericordes atque benigni qu. 14. dictum est.

Fredericus Imperator optime administrari rem publicam aiebat, si consiliarij etq; senatores ante curiam odium, inuidiam, simulationem, dissimulationemq; deponerent. Sigismundus vero hypocritas & adulatores velut exitiosissimā cēdis adpestem Principibus canendos asserebat. De uulnorationibus quoq; refert Sylnius ad librum tertium Pa. VI. q. 40.

Q5 nor-

normitani de gestis Alphonsi regis. Agapitus <sup>710</sup>  
stianū Cæsarem admonebat: Auersare adulat  
orum non minus fraudulentios, quam blandos  
sermones, per inde ac coruorum rapacitatem. Eto  
nim ut hi corporis oculos effodiunt, ita illi ani  
mi indicium occidere solent, nec veram re  
rum faciem intueri sinunt: dum vel vitupo  
randalaudant, vel laudanda sapientia vitiupe  
rant. M. Cicero in libro de amicitia: molestam  
faretur existere veritatem, sed obsequium ad  
huc multo molestius, quod peccatis indulgens,  
precipitem animum ferri finit, iudiciumq; veri  
tollit atque adulterat.

De Heraclamone refert in Aureliano Uopif  
cus, quod eum Aurelianus occidi permiserit, post  
quam illi patriam prodiisset, quod nequaquam  
sibi fidelem fore arbitraretur, qui patriæ infide  
lis exitterat. Similiter veteres Christiani Prin  
cipes adulatores & hereticos, atque Aposto  
lus, longissime à sua familiaritatē repelle  
bant, nec sibi fidem seruatuos credebant,  
quam DEO & Ecclesia catholica non serua  
rant. Ut Constantimum Magnum, The  
odosium, ceterosque Principes catholicos feci  
se, historiæ ecclesiastica scriptores commemo  
ravit.

Consilium semper à sapiente require. Tobit  
4. Cum fatuis consilium non habeas: nec co  
ram extraneo facias consilium, nescis enim  
quid pariet. Ecclesiastic. 8. Et cap. 37. A consi  
lii

liario malo serua animum tuam, Nulla enim  
 sera potest in terris immanior & truculentior  
 ex cogitari. Nam quicquid Principes cupi-  
 unt, quamvis id sit nefarium, flagitiosum, &  
 impium, neq; solum reipublice perniciosum, sed  
 etiam omnibus sanctitatibus aduersarium: id  
 continuo, per improbos consiliarios est officium.  
 instum, & laudabile, & religiosum, & Deo gra-  
 tissimum. Sed malum consilium semper est con-  
 sultori pessimum. Voteres Athenienses taxat so-  
 erates in oratione de pace quod eorum consilia  
 sequerentur, quos omnes sapientes aspernabatur,  
 quiq; blanda potius loquentur quam honesta &  
 salutaria. Postea tame huic temeritatis sua gra-  
 uissimas poenas dederunt. & Cyrsilum quod ma-  
 le consilium dedisset, lapidibus obruerunt: ut au-  
 thor of Cicero, libro 3. officiorum. Et Constan-  
 tinus Imperator non minus acerbè in eos animad-  
 uertit, quos Maximus in consilium adhi-  
 buerat, quam in ipsum tyrannum: apud Eusebi-  
 um 19. Historia ecclesiastica cap. II. & libro 2.  
 de vita Constantini. Nicephorus Calixtus lib.  
 9. capitulo: post Nazianzenum, malis consilia-  
 rijs tribuit, quod Constantius in fide hallucina-  
 ante pen-  
 recut. destr. 86.  
 Aurelianum, authore Vopisco, Zenobia regina  
 post victoriam pepercit: occisis illis, de quorum  
 consilio bellum mouerat: interemptoque Longi-  
 no philosopho, quod superbam regina ad An-  
 re-

epistolam dictasset. Justinus Imperator Tyberio  
Imperium traditurus: Minimq<sup>ue</sup>, inquit,  
istis (Principes atque consiliarios indicans)  
omnino parendum est: nam & ipsi me in eas quod  
cernis erummas coniecerunt. Niccephorus Lib.  
17. cap. vlt. Multique Principes propter ma-  
los consiliarios in gravissima animi & corporis  
pericula inciderunt.

Quidam Princeps, cum regno ejaceretur,  
deplorabat quod consiliarij, quando grauiores  
cause pertractande erant, sibi venationes ad-  
ornassent.

Principes qui nimium consiliarijs confi-  
dunt, omnemque potestatem attribuunt: & con-  
siliarij qui auctoritate sua, & principiū lenita-  
te indulgentiaq<sup>ue</sup>, abutuntur, considerent, quid  
maximo regi Assuero, & Aman acciderit.  
Hester cap. 3. & 7. & cap 17. Ptolomeus eti-  
am rex Ægypti, postquam intelligebat, quod  
amici & consiliarij sui Iudeos ex odio & ini-  
dia perdere laborarent.

Rege, inquit, abutimini, & tyrannos trans-  
gressi estis crudelitate, & me ipsum vestrum  
benefactorem conamini à principatu iam &  
anima submouere: clam machinantes que non  
expedient regno. 3. Mach.

Improbis enim homines auctoritatē alique cōsecuti  
bonos & reipublicæ utilissimos viros opprime-  
re conantur, varijs eos mendacij atque calum-  
nij eneant: patriam quantum in ipsis est, euer-  
tunt.

iunt: & Principes in extremam miseriam per Vide  
ducunt. Quando tales, honoribus & auctorita- libr 2. Re  
te indigni, in maximo honore, summaque au-gū cap. 10.  
Eutoritate apud Principes sunt, boni autem vi-  
ri negliguntur: sicut ut principes infelices, respub-  
lica plāne misera appareat. Inde etiam perspici-  
tur, quam amentes sunt illi principes, qui negle-  
ctis bonis, opes, & honores, ad improbos deferunt  
eorumque fidelisnam dignitatem & rempubli-  
cam committunt: & illos secum consiliorum-  
& officiorum societate coniungunt.

Quicunque ergo salutem atque dignitatem  
suam tueri cupiunt, improborum hominum cō-  
suetudinem familiaritatemque vident: & re-  
pudiatis improbis, bonos viros, qui nihil menti-  
untur, nihil simulant, nullas opes verae virtutis  
opibus anteferunt, vitamq; sapientia atque pro-  
bitate moderantur, ex abditis etiam sedibus, si-  
latitant, eruant atque adsciscant: qui ipsis in-  
gubernanda republica usui & ornamento sint.  
Ut enim nihil est, quod maiore dedecore Prin-  
cipes afficiat, quam flagitiosorum hominum fa-  
miliaritas & consuetudo: ita bonorum amicitia  
plurimum illis dignitatis & honestatis adiun-  
git. Narrat Gellius li. 18. cap. 3. noctium Atti  
carū: quod consultantib; de re quadam Laca  
demonijs, homo quidam disertus & eloquens,  
& anteacta vita turpitudine defamatissimus  
consilium suggerit quod omnes probarent.

Tunc

Tunc unus ex illo principum ordine, quos Lacedemonij tanquam magistros discipline publice verebantur, dixerit. Quænam ratiō aut que tandem spes erit, urbem hanc, & hanc rem publicam salvam esse diutius posse, si huiusmodi ante allæ vitæ consiliarijs utemur? Qnod si proba istæ honestaq; sententia est, quæ so vos, nō sinamus eandem de honestarii turpissimi authoris contagione. Elegerit quoque virum fortitudine atq; iustitia præstâtem, sed in opere lingua, & infacundum, qui, consensu omnium, eandem sententiam proferret. Sic bona sententia mansit, turpis author mutatus est.

Bonus consiliarius optima regis possessio est: & non aliter quam pater amandus atque honorandus. Libere ubi talis loquitur, & sapienter consulit, sentiat se gratiam iniuste ne deterreatur ab officio, & nemo posthac verum dicerg' Principi velit. Non semper maior, sed melior sententia probetur. Alphonsus enim Rex obiurgatus, quod contra omnium fere patrum sententiam egisset, respondit: *Multa decere principem, quæ consiliarij pecunia corrupti, non probarent.* Panormitanus lib. 1. cap. 22.

Nec est magnopere cur adū sitne ciuis, an extensus, dives an pauper, nobilis an plebeius, qui consilium dat: sed quo animo ad hoc officium accedat. Vnde illud apud Plutarchum. *Mendicus utinam sit mihi, vel si liber,*  
*Mendicum & infra, qui mihi volens bene,*

*Timore posito, possit ex animo loqui.*

Alexander Senerus Imp. V etroniū q̄ndā ad s̄tē pitē ligatū, fumo necari p̄cepit, dicente Praecone: Fumo punitur, qui fumos vendidit. Solebat enim fingere, maximam s̄sē apud Imperatorem authoritatem habere: multaque s̄ clientibus ab Imperatore imperaturum pollicebatur. Cūq; ingentia munera recipere, nec tamen Imperatori verbum pro ijs loqueretur: quæcunque per alios impeirabant, se ipsis impetrasse fingebat. Utinam buiusmodi inanes fumi hactenus in anis principum nusq; venderētur. Qui cives difficulter ad Principē adire permittunt, nec libellos supplices porrigunt, obseruent, quod Cyrus Periarum Rex à Saca prohibitus, ne pro sua voluntate Astyagem auum suum adiret, trium solummodo dierum Imperium in Sacam ab Auo petierit: eoque tempore ipsum ad prandium ingredi cupientem se varijs argumentis prohibitum prestatutumque aiebat, apud Xenophonem libro primo de institutione Cyri.

Achitophel prudentia & eruditione clarissimi viri consilia pro diuino oraculo, quamdiu apud Dauidem regem erat. habebatur: sed postquam ad Absalonem tyrannum, defecit proditor domini atque regni factus: dissipavit DEUS omnia consilia eius. 2. Regum 15. 16.

Notatu dignū est, quod Pescennius Niger, resto Spar-

*Spartiano, auxit consiliariis salario ne grata-  
rem rempublicam, & quibus assidebant:*

*Annonius vero Pius, otiosis & ineptis sa-  
laria subtraxit: ne rempublicam arroderent,  
qui nihil illi prodescent, authore Julio Capitoli-  
no. Idem Alexandrum quoque Seuerum iudi-  
casse, in vita ipsius testatur Lampridius.*

*Non tam multi consiliarij adhibeantur,  
quam optimi & præstantissimi quique.*

*Erga hos ita se gerat Princeps, ut ipsi soli &  
diligenter seruant.*

*Postremo veteribus placuit, ut nullas literas  
Princeps suo nomine scribi patiatur, quas non  
ante perlegerit sigillumq; suum ipse circumfer-  
rat. Vespasianus, quando mane surgebat, libel-  
los supplices pridie exhibitos ipse legebat, teste  
Suetonio. Magna sic sèpè fraus committitur.*

*Quæque recte deliberata sunt, Principes fr-  
eri curen t quæque alijs imperata fuere, exqui-  
rant subinde, an fiant quoque. Multi enim sa-  
pè corrumpuntur, ut in eos quadret hoc Na-  
num Prophetæ, cap. 3. Dormitauerunt pastorei  
tui Rex Assur.*

### QVAESTIO LIII.

*Quæ sit regi maxime necessaria possel-  
lio:*

*Vide qu.*

### RESPONSIO.

*gr. et b. 23. Subditorum amor & humanitas: per  
hæc*

hæc enim indissolubile benevolètiæ vinculum texitur, sed DEI est perficere ex animi sententia,

## QVAESTIO LIII.

Quid sit orationis finis.

## RESPONSIO.

Propositum, de quo dicendum est, aduersario persuaderere futando contraria, eaq; inepta esse demonstrando: sic enim conciliantur auditores, si & rationes adserantur, & aduersarij confessio accedat. Sed Deus persuasionem gubernat ad debitum finem,

## COMMENTARIUS.

**R**Em publicā administraturo in primis necessaria sunt, sapientia & oratio. de sapientia quinquagesimum interrogavit: hic de oratione inquirit. Quā Demetrius Phalerens tātū in republica valere aiebat, quantā in bello ferrū: ut castiget improbos, cōsoletur afflictos, horretur ad decus & gloriam, renocet à flagitijs, *Vide Cilaudet claros viros.*

Responsio autem hæc, cum dialecticorum arg<sub>3</sub> rhetorum schola egregiè consentit: que artis sue finem in eo posuerunt. ut doceat, fidem faciat, persuadeatur auditori.

cero. i. de

legibus.

## QVAESTIO LV.

Quomodo multis in regno populis se

R ac.

accommōdaret?

### RESPONSIO.

Si decēter suū cuiq; distribueris, iustitiāq;

*Vide qu. vti facis, ducē sequaris: præbēte tibi Deo sa-*  
*17. & 42. nitatem rectitudinemque iudicij.*

### QVAESTIO LVI.

Quibus in rebus contristari conueniat?

### RESPONSIO.

Si amicorum rebus aduersis, quæ diu-  
turnæ & ineuitabiles apparent: sed ob de-  
functos & malis liberatos ratio, non per-  
mittit contristari. Sed & in illis quæ mul-  
tum doloris, nihil vtilitatis continent,  
omnes mortales contristantur. Malum ve-  
ro omnino effugere, diuina potentia tan-  
tum datur.

### COMMENTARIUS.

*P*ernitiosa quidem res est tristitia: nec tamen  
ea semper homines carere possunt, ut qu. 29.  
docebatur: cognitionisq; & affinitatis iura idre  
quirunt, ut amicorum prosperis aduersisq; re-  
bus amici permoneantur, sicut 36. respondit.

*Acerba quidem amicorum mors est viuen-  
tibus. Sed recte admonet ecclesiasticus cap. 22.  
plora modicum super mortuum quoniam requi-  
erit.*

### QVAESTIO. LVII.

Quāmobrem aliquis inglorius fiat, &  
contemnatur?

RES

## RESPONSO.

Si superbia efferatur: tūc contēptus vitu- *Vide qm.*  
perationesq; sequuntur, & gloriæ priuatio: 8. & si.  
sed Deus, omnis gloriæ author, quocunque  
vult, eam inclinat.

## QVAESTIO LVIII.

Quibus seipsum credere oporteat.

## RESPONSO.

His, qui tecum ex benevolentia versan- *Viri*  
tur non ex metu potentiae tuæ, vel ob suum *amoris*  
lucrum. Nam illud argumentum amoris  
est, hoc malevolentiae callidèque capta-  
tionis oportunitatem fallendi. Quisquis  
lucro & diuitijs solum intendit ferè prodi-  
tor est.

Sed tu omnes beneuelos habes, Deo tibi  
suggerente rectum consilium.

## COMMENTARIUS.

Socrates dicere solebat: ut nemo sibi statuas fi-  
eri cupit, à quibus non viderit aliquot statuas  
eleganter fabricari: ita non sunt in amicitiam  
recipiendi, nisi quos cognoverimus erga alios fi-  
dèles extitisse. Aristippus mirabatur, quod  
homines vas a non emerent nisi diligenter in-  
specta: vitam illorum qui in amicitiam re-  
cipierentur, non prius inspicerent. Dio-  
geni Cynico indignum videbatur, quod nemo  
ollam vel operculum emeret sine tinnitu &  
experimento: in feligendis amicis satis haberent  
spicere.

Vide etiā Huc pertinent illa, quae de consiliariis questi  
quæsti. 40. one 52. dicta sunt: & quæ de familia atque ma-  
& 44. gistratibus & ducibus questi. 65. & questi. 66.  
adferentur.

Non omni homini cor tuum manifestos, in-  
quit Ecclesiasticus capite 8, & coram extraneo  
ne facias consilium, nec cum fatuis consilium  
habeas.

Et cap. 6. Si possides amicum, in tentatione  
posside illum, & ne facile credas ei te ipsum.

Est enim amicus secundum tempus suum,  
& non permanebit in die tribulationis: & est  
amicus qui conuertitur ad inimicitiam: & est  
amicus qui odium, & rixam, & conuicia denun-  
dabit: est & amicus socius mense, & non per-  
manebit in die necessitatis. Amicus si per-  
manserit fixus, erit tibi quasi coequalis. Ami-  
cus fidelis protectio fortis: qui inuenit illum, in-  
uenit thesaurum. Amico fidei nulla est compa-  
ratio, & non est digna ponderatio auri & argen-  
ti contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis  
medicamentum vita, & immortalitatis: qui me-  
tuunt dominum, inuenient illum. Qui timet,  
DEUM aequa habebit amicitiam bonam, quo-  
niam secundum illum erit amicus illius. Ru-  
sus capite 9.

Ne derelinquas amicum antiquum, nouus  
enim non erit similis illi. Vinum nouum, amicus  
nouus: veterascet, & cum suavitate bibas il-  
lud.

*Et si multi credebat in Iesum, tamen Iesus non credebat se ijs, ipse enim sciebat quod esset in homine, Joan. 2.*

*Et Apostelos iussit esse prudentes sicut serpentes, & simplices ut columbas Matt. 10.*

*Qui vero lucri & quaestus tantum causa in Principum familiaritatem se insinuant, fere proditores sunt: dum utile ab honesto separantes, amici tunc esse desinunt, quando commodum amplius non sperant: & ab aliis ut consequantur, Principum secreta reuelant.*

*Tales homines Alphonsus rex aribus comparare solebat, quæ ad nauim circunnolitantes beneficium expectat: quicquid proicitur certam cum pugna quadam abripiunt: & quæ præripuerit, statim aufugit, teste Panormitano lib. 1. de gestis Alphonsi cap. 4.*

### QVAESTIO LIX.

*Quid potissimum regnum conseruet.*

### RESPONSIO.

*Cura & solicitude, ne quid à rerum prefectis male agatur committaturque in subditos: quemadmodum tu facis, cum tibi DEVS egregias animi cogitationes subministret.*

### COMMENTARIUS.

**Q**ualiter regnum conseruetur, multoqué florentius, & firmius, ornatusque ad posteros transmittatur, quest. 18. 15. 17.

21. s3. s5. dictum est: de magistratibus; atq; familia principum, quæstione 65. & 66. disseretur.

### QVAESTIO LX.

Qua potissimum re gratia & honor seruetur.

### RESPONSIO:

Virtute. Ea enim pulcherrimorum operū effectrix, malorū expultrix est: sicut tu erga oēs excellentem bonitatem obseruas, quod diuino tibi munere præstatur.

*Vide qu.*

24. & 30.

### QVAESTIO LXI

Quomodo in bellis animo tranquillo es-  
set.

### RESPONSIO.

Si tibi persuadeas nihil à te temere aut negligenter tuosq; duces de facinoribus atq; virute inter se certare: quod eam spem animo suo fixam habeant, te suarum rerum curam gesturum, si è vita ipsos discedere cōtingat. Tu vero fœlices successus Dei auxilio na-  
ctus, omnes tuos erigis & promoues.

### COMMENTARIUS.

**Q**uod iustos honoribus atq; præmijs boni vi-  
ri ad præclarè merendum de republica,  
excitarentur, quæstione prima dictum est.

Ideoque veteres, si quis fortiter pugnando oc-  
cubuiisset, eius liberos ex erario alebant, varia-  
que statuas atque imagines, honoris ergo, pone-  
bant. Qualiter vero bella suscipienda, gerenda  
essent, qu. 5. declarauit.

ARL

## ARISTEAS.

Hic omnes illos Rex applausu suscipiens, ingēti lāticia effunditur: singulisq; propinās, cū ijs diu oblectatur. Septimo aut die splendidiori apparatu, quod plures ē ciuitatibus legationes adessent, conuiuio instruēto, per occasionem ad eos conuersus, qui nondum sententiam dixerant, illorum primum dicere iubet.

*Septi. die*

## QVAESTIO LXII.

Quomodo non seduceretur aut deciperetur verbis?

## RESPONSIO.

Si consideres & dicta ipsa, & a quo dicantur, & qua quisq; de re loquatur: eademque post diu & multum perquiras. Ingenij autem acumen ad discernenda queque (sicut tu rex habes) DE I pulcherrimum donum est.

## QVAESTIQ LXIII.

Quare multi virtutē non amplexentur?

## RESPONSIO.

Quoniam omnes homines natura incōti  
nentes & ad voluptates pni sunt, vnde iniū  
stia & auaritiæ cumulus gignitnr. Virtus  
autem maxime retrahit & prohibet à vo  
luptatibus: continentiam vero & iustiti  
am colendam præcipit, quarum largitor  
DEVS est.

R ♦

COM.

## COMMENTARIUS.

**Q**uantum libido, & intemperantia, atq;  
ingluies sapientiae ac virtutum studio  
repugnaret, lib. 2. officiorum scholasticorum ca.  
7. & 20. prescripsi: Nec est quisquam, ait Cice-  
ro libro primo de Legibus, gentis ullius, qui du-  
cem naturam natus ad virtutem peruenire no  
possit: sed tanta est corruptela mala consuetudi-  
nis, ut ab ea tanquam igniculi extinguantur a  
natura dati, exorianturque & confirmentur  
vitia contraria. Et libro 3. Tusculanarum que-  
stionum: Natura parvulos nobis igriculos  
dedit, quos celeriter malis moribus opinioni-  
busq; depravatis sic restinguimus, ut nusquam  
naturae lumen appareat. Sunt enim ingenij no-  
stris semina innata virtutum, que si adolescet  
licet, ipsa nos ad beatam vitam natura perdit  
ceret: nunc autem simul aq; editi in lucem, sus-  
ceptiq; sumus, in omni continuo præmitate, in-  
summa opinionum peruersitate versamur, & va-  
pene cum lacte nutritiis errorem suxisse videa-  
musr.

Multos quoque addit ad honores, imperia,  
opes, animum adycere, ut à virtutis studio de-  
sciscant, et in summa inanitate versentur, conse-  
tenturque nullam eminentem effigiem virtutis,  
sed adumbratam imaginem gloriae.

Alij venationibus, aucupijs, lufibus, conui-  
nijs, etatem perdunt, ut ad virtutem & sapien-  
tiam

tiam emergere non possint: quod Virgilius litera  
Pythagoræ, & eleganter expressit

*Lib. 4. Ezdræ cap. 4. Angelus respondit: Gra-  
mè semini s malo seminatum est in corde Adæ.  
ab initio. & quantum impietatis generauit us-  
que huc, & generat usque cum veniat area?  
Et ipse Deus Gene. 8. proscriptur: Sensus & cogi-  
tatio humani cordis in malum prona sunt, ab  
adolescentia sua.*

*Multi vero cum sua naturali luctari, &  
cupiditatibus fortiter resistere nolunt: quod  
incundior ipsis voluptatum, quam virtutis via  
existere videatur.*

### QVAESTIO LXIII.

Quibus Reges insistere potissimum de-  
beant?

### RESPONSO.

Legibus, ut iustis operationibus demere  
antur omnium famam: quemadmodum tu  
faciens, perennem tui memoriam relin-  
ques, diuina præcepta sequendo.

### COMMENTARIUS.

*vi. q. 14.*

**S**olon, unus è septem sapientibus Gracie, rūc  
demum saluam fore rem publicam aiebat, si  
principes atq; magistratus iuxta leges vinerent,  
& populus magistratui, magistratus legibus  
obtemperaret: authore Laertio. *Quod Cicero*  
*libro 3. de Legibus ita expressit: Videlis, magi-  
stratus hanc esse vim, ut presit, prescribatq;* re-

*R. 5. Etæ*

ela & coniuncta cum legibus. Ut enim magistribus leges, ita populo præsunt magistratus: vereq; dici potest, magistratum legem esse loquem, legem autem mutum magistratum. Et libr. i. officiorum: Est proprium magistratus, intelligere, se gerere personam ciuitatis, debereque eius dignitatem & decus sustinere, seruare leges, & iura describerg;, & ea fidei sue commissa meminisse.

Percunctanti Cræso, quod esset maximū Imperium, respondebat Pittacus τοιχιλον ζύλον varijs ligati: leges innuens: quoniam in tabulis ligneis olim leges inscribebantur, auctore Laertio.

Pausanias aiebat: Legibus conuenit auctoritas in homines, non hominibus in leges.

Archidamus roganti, quinam essent Sparta ne ciuitatis præfecti: leges, inquit, ac legitimi magistratus. In bene constituta republica supremam auctoritatem esse Legibus deferendam, debereq; magistratum iuxia leges vivere significans.

Demaratus percunctanti cuidam, cur exularet Sparta, cum rex esset: quoniam ait leges in ea potentiores sunt quam reges.

Agestilas rex et si magnam rei bene gerendam occasionem habebat, ab Ephoribus tamen reuocatus, paruit: dicens: Bonum Imperatorem legum imperatis parere oportet. Agis ultimus Iuconicorum rex rogantibus parentibus, ut si bi in re quadam iniusta adesset, nec ullum

rogandi vrgendique finem, facerent: respon-  
du: Quia me patriæ tradidistis, patriæq; legib;  
insuper & iustitiam & honestatem pro viri-  
bus docuistis. conabor hinc magis obtemperare  
quam vobis. Et quandoq; hec est vestra volun-  
tas, ut quæ sunt optima faciam: optima vero  
sunt que iusta: que vultis faciam, que nunc  
dicitis negabo. Putans tunc se magis obtempe-  
rare parentibus, si faceret quod illorum per-  
petua volumas optabat, quodque semper es-  
sent probaturi, quam si præsenti corrupto af-  
fectui indulgeret.

Cyri Regis patrem laudat Xenophon,  
libro primo, quod non suam voluntatem, atque  
libidinem, sed leges sequeretur: Filiumque dice-  
ret oportere & iustissimum esse, & legum obser-  
vantissimum.

Huc allusit Juuenalis satyra. 8.

Respice quid moneant leges, quid cur ia-  
mandet,

Præmia quanta bonos maneant.

Quatenus autem Principes legibus obtem-  
perare cogantur: canoniq; constitutiones ab om-  
nibus promiscuè hominibus, tanq; ecclesie Ca-  
tholicae filiis, obseruanda sint, Iuris Canonici  
Doctores ad caput i.extra de constitutionibus  
pulcherrime docuerunt. Eundemque locum  
eleganter tractat Didacus Conarruias ac

variarum resolutionum libro 3. capite 6. Nume. 8.

Zaleuci filius adulterij crimine damnatus, secundum ius à patre constitutum, utroq[ue] oculo cavarere debebat: verum tota ciuitas, in honorem patris, necessitatem pœnae adolescentulo remittebat: pater aliquando renuit: sed populi prectibus cuiusdam suo prius, deinde filii oculo eruto, usum utriusque videndi reliquit: debitumq[ue], supplicij modum legi reddidit: admirabili aequitatis temperamento se inter misericordem patrem, & iustum legislatorem partitus.

Charodas vero cum legem tulisset, ut si quis conciones cum ferro intraret, continuo interficeretur: & aliquanto post, ex rure gladio accinctus domum repetens, subito indicta concione, scut erat, in eam processisset: soluta à se legis sua admonitus: Idem ego illam, inquit, sanciam ac protinus ferro, quod habebat, districto, incubuit. Cumq[ue], liceret culpam vel dissimulare, velerorem defendere, pœnam tamen representare maluit, ne qua frans insitiae fieret. De utroque narrat Valerius lib. 6. cap. 5. Traianus cum prefecto gladium tradens: Ensem, ait, accipe, quam pro me ita demum strinxeris, si iuste imperauero: si perperam quid commisero, in meam perniciem utaris velim. Dion. in vita Traiani.

Antiochus 3. ciuitatibus scripsit, si quid mandaret per literas, quod legibus repugnaret, id ne-

curarent. perinde quasi ipso nescio scriptum es-  
set. Similiter Alphonsus Aragonum rex iu-  
dices, & Provinciarum praesides premonuerat,  
ut nullum decretum aut rescriptum suum ser-  
uarent, nisi hoc iure & honestate niteretur.  
Fieri enim posse siebat, ut per importunam sol-  
licitationem, aut ignorantiam rei, aliquid contra  
iuris sanctionem mandaretur. Illud vero se ra-  
tum habiturum asserebat, quod legibus proba-  
retur: primamq; eam sibi legem esse, ne quid con-  
tra legem, id est, contra rationem atque iustiti-  
am fieret. Panormitanus Li. 2 c. 46.

Veri profecto illa Principis vox est, tyran-  
nus autem contra inclamat.

Sic volo, sic inbeo, sit pro ratione voluntas.

Nullam aequitatis, & iustitiae, honestatisque  
publicae, aut diuini & humani iuris rationes  
habet.

Aristoteles libr. 1 politiorum cap. 2. affir-  
mat, nullum quidem homine animal esse melius,  
quando suum officium facit: si vero à lege & of-  
ficio aberret, nullum esse peius. Et libro 3. capi-  
te 12. Optabilius, inquit, est, legem, quam unum  
hominem ciuibus imperare: si tamen viros pra-  
esse melius est, iij constituendi sum custodes &  
administri legum.

Seneca dicebat: Patere Legem, quam ipsa  
tuleris.

In eandem Sententiam B. Ambrosius ad

Va.

Valentinianum Imperatorem, epistola 32.  
 Quod perscripsisti alijs, prescripsisti & tibi  
 leges enim Imperator fert, quas primus ipse  
 custodiat. Eodem referitur Clementis Alexandrini sententia libro primo Stromatum.  
 Rex is est qui imperat ex legibus, & qui est  
 præditus scientia imperandi. Agapitus ad  
 Iustinianum scripsit: Cum super terram  
 qui te cogere possit, habeas neminem, ipse  
 tibi obseruandarum Legum necessitatem  
 imponit: sic enim siet, ut dum ipse eos pra-  
 ceteris reuereris, & maiestas illarum ex-  
 istat clarior, & neglectus acerbioris pena  
 periculum subditis intentet. Consentit hu-  
 ic, canon. 2. distinct. 9. apud Gratianum.

Theodosi, & Valent. ad Volusianum pre-  
 fect. prat. in Lib. digna vox, l. de Legib. & con-  
 stit. Princip. rescripsérunt. Digna vox est maiestas  
 te regnantis: legibus alligatus se principem pro-  
 fiteri: adeo de authoritate iuris, nostra pendet au-  
 thoritas, & reuera maius imperio est, submit-  
 tere legibus principatum. Et oraculo præsentis  
 edicti quod nobis licere non patimur, alijs iuds-  
 camus. Contra vero quotquot voluntate utin-  
 tur pro Legibus, Pilatum imitantur, qui ad  
 CHRISTum dicere non erubuit: Nescis quod  
 potestatem habeo dimittendivel ad crucifigen-  
 dum tig.

Si Principis voluntati non semper obtem-  
 pere

peret Senatus, aut Capitulum, obseruent Taciti Imperatoris verbum apud Uopiscum: Scit Senatus quem Principem fecerit. Petebat vero Imperator pro fratre suo magistratum, quem magnis de causis ipsi Senatus recusabat.

In primis vero legibus diuinis atq; constitutions ecclesiasticas, Principes obseruare oportet: quod Gratianus distinct. 10. & sequentibus demonstrat. Et David Psal. 118. se fecisse ait: Memor fui nocte nominis tui domine, & custodii legem tuam. Portio mea dominus, dixi custodire *Vide qn.*  
*legem tuam.* 1. & c. vi.

Audite reges, & intelligite, discite indices monachi. finium terrae, præbete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data est vobis potestas à domino, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiae. nec secundum voluntatem DEI ambulastis. &c. Sapientie 6.

### QVAESTIO LXV.

Qui magistratibus præficiendi sint.

### RESPONSIO.

Qui improbitatem odio habent, & quos imitantur mores & affectus, laudisq; dulcedine traxi, iusta semper ad gloriam adipiscen-

cendam operantur. Quod tu profecto rex facis, quia diuinitus concessam coronam iustitiae habes.

### COMMENTARIUS.

**A**ristoteles Lib. 3. politorum cap. 12. Qui soli, ait, regnant, multos sibi oculos, & aures, & manus, & pedes adiungunt. Ipseque Iethro sapientissimum Mosen reprehendit, Exodii 18. quod omnia solus reipublicae negotia curaret. Proinde autem, inquit, de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex ijs tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit, referant ad te, ipsi minora iudicent, leuiusq; sit tibi parito in alios opere. Hoc in biblia relatum est, ut posteriores Principes exemplum haberent, nec terere operam in minutis, nec maiora negligere, nec consiliarios & administrationis & Iuris dicundi socios contemnere. ut author est Philo, in libro de creatione Principis. Vbi & maiora vocat, non quæ inter dinites & claros viros aguntur, sed quæ uniuersam rempublicam cernunt.

Et hinc omnes Principes, magistratus atq; consiliarios assumpserunt: de quorum officio De consil. varia in corpore iuris ciuilis & canonici ex qnest. 52. professo differuntur.

No-

Nehemia cap. 7. eliguntur magistratus, veracos, & timentes deum, atque optimi. Capite 5. Tyranni, & oppressores populi castigantur: eoruq; male acta: cap. vlt. Princeps corrigit. Ut multa contra suam voluntatem accidisse, magistratum que ea egisse, varijs apertisque indicijs declarabat David 2. Regum cap. 3.

Secundum indicem populi, sic & ministri eius, & qualis rector est ciuitatis, tales & in habitantes in ea: Eccl. 19. Quoniam vero plurimū refert, bonos cines habere, ergo boni magistratus constituantur.

Socrates per quam absurdum esse indicabat, quod cum nemo requirat a sedentario, que non didicerit: publici magistratus deferentur his, qui nunquam disciplinis operam dedissent, sing' quibus illi geri non possunt. Sic Merius Falconius apud Uopiscum in Tacito: Quae, malū, inquit, ratio est, habere Imperatorem, qui eos faciat consules, duces, iudices, quorum vitas, merita, etates, familias, gesta, non nōrit?

Zamblichus aequo periculoso fore arbitrabatur, furioso gladium, & improbo viro magistratum tradere. Quocirca eleganter Iustinianum Imperatorem Agapitus admonuit. Cum a Deo optimo maximo tantum imperium tibi cōcreditum sit, caue optime princeps, ne ad publicorum negotiorum administrationem malis hominibus utaris. Hic enim quicquid ab ijs peccatur, pro hoc, rationem Deo reddes: ut potè

S qui

qui hanc iis auctoritatem dederis. Itaque boni principis est, acerrimum habere delectum eorum, qui ad prefecturas & magistratus sunt admittendi. *Regina Hester*, cap. 7. assertat, quod Aman crudelitas redundaret in regem. Abner, totum Israeliticum populum Danidi conciliarat: *Ioab* vero rursus alienasset, nisi David singulari prudentia Abner sua culpa censem non fuisse demonstrasset: *Lib. 2. Regum cap. 3.*

*Doctissimus Aufrius ex veterum Iurischo fultorum doctrina probat ad Capelle Tholosana questionem 97. Principem teneri ex delicto suum magistratum, nisi postquam rescivit, corrigat.*

Multiq, optimi principes maximum odium & gravissima pericula incurserunt, propter magistratum suorum scelera. *Hinc Philippus Macedonum rex* indicem, qui capillos & barbam suam tingebat, statim remouisse fertur: putans eum, qui in capillis fuso uteretur, in publicis negotiis multo magis usurrum. *Et Alexander Seuerus, authore Lampridio*, provinciarum rectores daturus, nomina eorum proponebat, hortans populum, ut si quis aliquid criminis haberet, diceret, probaretque manifestis rebus. *Senatores non*, nisi ad summorum in palatio virorum suffragium fecit, dicens: *magnum virum esse oportere, qui faceret senatorem. Presides vero.*

Pro-

Proconsules, & Legatos nūquam fecit ad bene  
ficiūm, sed ad iudicium vel suum, vel sena-  
tus. Tacitus Imperator cum audiret fraitem  
suum non accepisse magistratum, quem pro co-  
perierat, gaudebat ob senatus libertatem, di-  
cens: scit senatus quem Principem fecerit. Vo-  
piscus in vita.

Quam veteres Romani diligentes fuerint,  
in mandandis magistratibus, & quibus arti-  
bus eos in officio retinuerint, in illorum aca-  
demia comprobari. In qua re cum aliquan-  
do per favores & negligentiam peccaretur,  
Cicero illos excitabat: 'Difficil' dictu' est  
Quirites, quanto in odio simus apud exteras  
nationes, propter eorum, quos ad eos hoc  
anno cum imperio misimus, iniurias ac li-  
bidines. Qualiter suos Legatos crearint,  
indicat Carus apud Vopiscum: Maiores  
nostrī, Romani illi Principes, in legatis  
creandis hac vſi sunt consuetudinē, ut mo-  
rum suorum ſpecimen, per eos ostenderent,  
quibus rempublicam delegabant.

Quantum Atheniensibus nocuerit qd in Sena-  
toribus atq; magistratibus eligendis negligentes  
existerent, in ipsoru quoque Academia declarata.  
De Motiſpessu lanis testatur Rebuffus in 48.  
privilegio studiosorum, quod dum mercato-  
ribus & illiteratis rempublicam committeret,  
totam propemodum euicerent. Utinam hec

omnes aliae ciuitates pro exemplo caperent.

Valerius Maximus lib. 6. cap. 4 scriptum reliquit. Scipionem Aemilianum Senatui Romano consuluisse, ut neque pauperes, neque Avaros in prouincias mitterent.

Et Sylnius ad lib. 3 cap. 8. Panormitani de vita Alphonsi regis annotauit: quod cum Ioannes Varundinensis Episcopus, regnique Hungariae cancellarius intelligeret, magistratus ad homines nouos atque ignotos deferri, dixerit: Ego probatos quam probando mallem.

Præclara in Justineaneo Codice Theodosii constitutio extat, L. vlt. C. ad Legem Iuliam repetendarum: ut magistratibus præficiantur, non ambitione vel pretio, sed probitate vite ac morum.

Prudenter dixit Theopompos, summo per e necessarium esse Principibus, uti curarent, ne per malos magistratus cives afficeretur iniuria.

*De familiia.* Porro, hæc etiam ad familiam Principum referuntur. Nam ex magistratu & familia populus ipsos fere Principes estimare solet.

Et sicut nihil est, quod maiore dedecore Principes afficiat, quam turpium & scelerorum hominum familiaritas: ita bonorum consuetudo ipsis auxilio & ornamento est.

Talem namque de illis opinionem homines concipiunt, quales ij sunt, quibus eos deditos animaduertunt. Unde Isocrates ad Demonicum: *Magistratum adepius, nullius improbi ministri-*

storio utitor: nam quicquid ille deliquerit, tibi imputabitur. Rursus, Nicoclem hortatur, ut insuos familiares diligenter inquirat, persuadeatque sibi, talem se à vita sua ignaris indicari, quales ipsi cernerentur, quibus cum viueret. M. etiam Cicero Q. Fratrem: Sint, inquit, hæc fundamenta dignitatis tuae: tua primum integritas, & continentia, deinde omnium qui tecum sunt pudor. Augustus Cæsar, teste Suetonio, indignos per gratiam & premiu[m] alleatos Senatores, post mortem Iulii Cæsaris, quos abortiuos vulgus vocabat, deposuit: & senatorum affluentem numerum deformi & incondita turba, ad modum pristinum, atque splendorem rededit. Alexandrum Seuerum Imperatorem predicit Lampridius, quod statim arrepto Imperio, indices omnes à republica, & ministerijs, muneribusq[ue] amouerit, quos impurus Heliogabalus ex genere hominum turpissimo prouexerat. Deinde Senatum & equestrem ordinem, cunctasq[ue] tribus, & palatum suum purgarit: abiectis ex aulico ministerio cunctis obscenis & infamibus, atque otiosis, & non necessariis malum esse imperatorem dicens, qui ex visceribus provincialium homines non necessarios, nec reipublicæ utiles pasceret.

Atque adeo nisi honestos, & bone fave homines ad salutationem admisit: iussaque, ut nemo ingredieretur, nisi qui se innocentem nosset. A mulieribus quoque famosis matrem & uxor-

rem suam salutari venuit. Quod hic de eic-  
tis otiosis atque inceptis hominibus ab Ale-  
xandro Seuero narrat Lampridius, idem dicitur  
Antonio Vio testatur Iulus Capitolinus.  
Et in annalibus Francorum commendatur  
Ludouicus rex Sanctus, quod parasitos, mi-  
mos, & otiosos in aula non tulerit. Huc  
referatur & illud: Principis est virtus maxi-  
ma nosse suos.

Maximaque domus seruis est plena supbis.

Adrianus Imperator seruo suo inter duos  
senatores ambulanti, colaphum inpingi iussit:  
Noli, inquiens, inter eos ambulare, quorum esse  
adhuc seruus potes.

Clemens Alexandrinus lib. 3. paedagogi cap.  
ii. Ego quidem, ait, censeo, ne ancillas quidem,  
quaer probas sequuntur fæminas, oportetq' tur-  
pia dicere aut facere: sed ipsas debere castigari  
a dominis. In dominam enim retorquetur ancil-  
la intemperantia, & præse fert eam se non da-  
nare: non succensere enim ies qui se dedunt  
lithidini, est iudicium animi ad similia pro-  
pensi.

Qualis enim domina, talis est, ut dici-  
tur in proverbio, catella. Et B. Ambro-  
sius libro i. officiorum capite 50. Laus domini,  
ubi munda possessio, & innocens familia dis-  
Vi lib. 2. ciplina. Capite autem 18. testatur, quod adole-  
scientem propter fluxos mores in Clerum reci-  
schol. c. 21. pere noluerit: & alterum, quem in Clero repe-  
re-

rerat propter eandem causam, noluerit sibi ministrare.

De Bessarione Cardinale refert in panegyrico Platina, quod cum Nicolai 5. Pontificis Maximi Bononiae magistratus esset, ipse integer & continens fuerit, suorumque cupiditates diligentissime refrenarit, petulantiam represserit, coercuerit audaciam: ne suorum licentia & cupiditas, sua integratissimae & sapientiae laudem commacularet. Quinimo, Nicolai V.decessorem Eugenium 4. qui Bessarionem Cardinalem fecerat, predicat Platina, quod familiares habuerit paucos, sed viros doctos, & quorum opera in granibus rebus uti posset, quoisque tanquam suo modestiae testes in cubiculum coenaturus adhibuerit, cogniturus ex iis, quid de se, atq[ue] de suis homines indicarent. Pius V. Romanam curiam granissimis columnis, quibus propter curialium corruptos mores laborabat, liberaturus, primo omnium in suos familiares animaduertit, quod reliquorum ecclesiastico-rum familias inde exemplum petituras arbitraretur. Talemq[ue] sese familiam velle dixit, qua vita, moribus, vestitu, reliquos ad virtutem excitaret. Utinam id hoc periculosisimo tempore aliquando tandem obseruaretur, quando ex familia ipsi Principes, atq[ue] adeo sacraissima religio estimatur.

Ut Dionysius Sicilie tyranus egregios atq;  
doctissimos viros alere solebat, ut inde virtutis  
& sapientiae nomen colligeret, ac cinibus suis  
admirabilior euaderet.

## QVAESTIO LXVI.

Quales sint duces belli eligendi?

## RESPONSIO.

Qui fortitudine & iustitia excellunt, qui  
que hominum salutem cruentae victoriae  
anteponunt. nam & DEVS est erga omnes  
beneficus, quem tu secutus, bonis afflicis sub-  
ditos tuos.

## COMMENTARIUS.

**Q**via regiam maiestatem non solum legi-  
bus armatam, sed etiam armis oportet es-  
se decoratam, ut vtrung<sup>3</sup>, tempus pacis  
& bellorum recte possit gubernare: de gubernan-  
da republika, de consiliariis, de magistratibus, le-  
gibusq<sup>3</sup>, Iudeorum sententiam audinit: de belli  
ducibus hunc interrogat.

Matathias, Iudeorum reipublica Iudam-  
Machabeum fortem prefecit, cui Simonem-  
iustum sapientemque, addidit, 1. Machabeo-  
rum 2.

Veteres philosophi solum sapientem esse bonū  
belli ducem asserebant. Quantum enim militia  
prosit eruditio & sapientia, lib. 1. academie cap.  
5. demonstrauit. Ideoque Romani, qui virtutē  
bellica insignes extiterunt, fortes, iustos, & dili-  
gentes, atq<sup>3</sup>, sobrios legionis & militiae prefectos  
insti-

instituebant. Et M. Cicero in oratione de legge Manilia in bono duce ac perfecto Imperatore quatuor has res inesse oportere existimat: scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, & felicitatem. Antigonus rex optimum duce indicabat, qui expertissimus esset.

Pausanias percunctanti, quo pacto Thraces debellarentur: respondit: Si qui optimus vir est, dux belli deligitur. Philippus Macedonum rex beatos predicabat Athenienses, qui quotannis decem innenirent, quos belli duces crearet: cum ipse annis multis vix unum verum bellum ducem reperisset. Multoque præstantiorem aiebat ceruorum exercitum, duce leone, quam leonum, duce ceruo. Tantum in vero duce positum est.

Alphonsus rex apud Panormitanum, lib. 4. cap. 11. optimos belli duces fore arbitrabatur, qui egregij ciuibus ad virtutem duces exitissent. Phocion vero boni ducis affirmabat, non cruentam victoriam reportare, verum sic administrare rem militarem, ut paucissimi ciues perirent. Et Pelopidas hortanti uxori: ut se ipsum in prælio seruaret: Princeps, inquit, & dux hortandus potius est, ut seruet cines. Alexander Senerus, teste Lampridio, non ciuus tantum sed milites etiam diligentissime conseruarg6 Plura visitabat. Dicens milites se magis servare, quam de qua. scipsum, quod salus publica in his esset. Aegros & 61. visitabat per tentoria, multos carpentis vexit,

•mnibusque necessarijs adiunxit: & si forte gra-  
uius laborassent, per ciuitates & agros patri-  
bus familias, & janetioribus matronis eos di-  
stribuebat, reddens impendia.

### QVAESTIO. LXVII.

Quis potissimum esset admiratione dignus.  
RESPONSIO.

Qui etsi gloria, diuitijs, potētia excellat, æ-  
quam tamē mētē retinet: sicut tu, Deo adiu-  
uāte, dignitate opibus & potentia exornat,  
æqualem te erga omnes seruas: ideoq; om-  
nes merito te admirantur.

### QVAESTIO LXVIII.

In quibus potissimum rebus versari Re-  
ges debeat?

### RESPONSIO.

In lectione, & in commentarijs lega-  
tionum quæ extant prescriptæ ad reges, yn  
de percipitur vera, salutaris & commoda  
republicam gubernandi ratio. Quali-  
ter hoc studio tuo rex, Deo conatus tuos di-  
rigente, maximam alijisque inaccessibilem  
gloriam consecutus es.

### COMMENTARIUS.

**Q**UAM necessarij esset Principi histo-  
riarum, atq; reliquarum artium cogni-  
tio, qu. 31. & 34. & li. 2. officiorum schola-  
sticorum c. 5. & lib.::: academiae c. 5. compbati.  
Demetrius Phaleri⁹ idcirco Regi magna ex par-  
te persuasisse videtur, ut libros compararet,  
de

de regno & gubernanda republica tractantes : quod ea de quibus amici non audent admonere Principem, in libris scripta reperiantur : nec ab alio quoquam audiatur, verum syncerius, et minori pudore, quam à libris, Quocirca Alphonsus rex apud Panormitanum lib. 3. capite 1. optimos consiliarios eſſ̄ ait, mortuos libros: quippe, à quibus sine metu, sine gratia, ſinḡ adulatio ne veritatem discere licet. Et Lib. 1. capit. 16. T. Linij historiam diligenter lectitasse dicitur. Iſocrates qui reges, qui omnium maxime admonitoribus indigerent, nemo tamen admoneret, propriea ſe Nicocli certam bene viuendi normam literis comprehensam, transmittere feribit.

Hinc eſt quod Deuteronomij capi. 17. præcipitur: Rex describet ſibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leuitice tribus, & habebit ſecum, legetque omnibus diebus vite ſue, ut diſcret timere dominum deum ſuum, & custodiri verba, & ceremonias eius, quæ in lege præcepta ſunt. Et Iosue capite 1. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus, ut cuſtodiás, & facias omnia quæ scripta ſunt in eo. Id quod David Psalm. 118 de ſe profitetur: Lex tua meditatio mea eſt. Hester cap. 2. laudi datur Aſhuero, quod

quod annales atque historias conscribi voluerit:  
 & cap. 6. quod no[n] te, cum obdormire nequirit,  
 historias arg<sup>u</sup>, annales sibi praelegi curaret. Hoc  
 saltē imitentur Principes, qui parum in lite-  
 ris profecerunt, & doctorum hominum famili-  
 arii item querant, unde fiant & meliores &  
 prudentiores.

### QVAESTIO LXIX.

Quid agendum sit in otio & animorum  
 remissione?

### R E S P O N S I O.

Contemplanda sunt illa, quæ sobrie, &  
 recte in mentem venire hominibus solent:  
 eaque ob oculos ponenda quæ honestè &  
 moderatè in vita fiunt agunturque, ut mo-  
 derate semper, & honeste, continenterque  
 viuas. Nam in minimis s<sup>x</sup>pe inest aliquid  
 dignum quod feligatur. Tu autem quod  
 vnu & experientia polleas, in perfectæ vir-  
 tutis & sapientiæ studio versaris, DEO ad-  
 iuvante.

### C O M M E N T A R I U S.

**C**lea Principes expendere voluerint, que 15.  
 & 39. questione dicta sunt, profecto otium su-  
 um recte collocare poterint. Rode veteres Sci-  
 pionem laudauerunt, quod assereret. Nunquam  
 se minus otiosum esse, quam cum ejet in otio.  
 A grauioribus enim rebus vacuus, semper secū  
 agitabat aliquid, quod ad reipublicæ salutē dig-  
 nitatemque pertineret: ac tempore pacis, cura  
 ipsi

ipſi erat de bello. Decet namque bonum & Christianum Principem omnes cogitationes, omnes conatus, omniaque studia sua huc referre, ut creditas ſibi à Deo Provincias ſic adminiftrare, ut Christo, rationem gesti magistratus exacturo probetur, & honestissimam ſui apud posteros memoriam relinquit. Quando animum recreare libitum eſt, rebus id honestis ſiat, quas alius licet imitari. Lusibus atque iocis liberalibus, historiarum lectione, aut doctorum hominum colloquioſ.

Vide qm.  
68.

## QVAESTIO LXX.

Quomodo conuiua transigenda ſint?

## RESPONSIO.

Aſſumendi ſunt diſcendi cupidi, & qui regni negotia & ſubditorum mores atque vitam enarrare queant: quibus nihil ſauius, neq; iucundius inuenias: quoniam hi eruditione pulcherrimiſq; rebus inſtruēti, Deo chari ſunt. Quod tu facis, quare & Deus tibi cuncta fortunat.

## COMMENTARIUS.

**Q**UAM vetus mos ſit, amicos interdum conuiuari, & epularis amicorum accubatio: ex omnium gētiūm historijs, & ex Abraham, Theobie, atque filiorum Job, conuiujs appetet. Ipſequē mundi ſaluator Christus, non modo nupijs interfuiſſe legitur, verum etiam crebro ad conuinia vocatu iuit. Gregorius Na-

qui vocē  
di coniua.

zian-

zianzenus ad Amphilochium scribens, quæ inter Basili epistolas 106. est: Dignare, inquit, hole ra nobis mittere, plurima & optima, etenim Magnum Basiliū hospitio excipiēmus.

Coniuiniū vero ex quatuor rebus M. Varro constare dicebat: si belli hoīes legerentur, si lectus locus, si tempus lectum, si apparatus non neglegētus. Coniuinarumq; numerum incipere oportere addebat à numero Gratiarum, & progredi ad Musarum: id est, proficisci à tribus, nō pauciores sīnt, & consistere in nouem, ne plures: quod turba plerumque est turbulentia. Nec loquaces legi voluit coniuinas, nec mutos: quod eloquentia foro, silentium cubiculo conueniret. Ut refert Gellius lib. 13. cap. 11.

Alexander quoq; Seuerus Imperator, coniuinarū multitudine offendebatur, dicens sc̄e in theatro & circo manducare: teste Lampridio.

Iudeorum tamen & Aethiopum reges, triga-  
ta homines mensa communicant: ut annotat Alexander Sardus, libr. 2. de moribus gentium, capite 11.

Sed honesta coniuicia honeste transfigunt.

Tobias capite 2. cum die Festo coniuinium adornasset, vocauit aliquos de tribu sua, timentes DEUM. Et capite 9. cum timore domini nuptiarum coniuinium exercebant. Ecclesiasticus etiam hortatur, cap. 9. Viri iusti sint tibi coniuiae. Salomon vero Proverbiorum 23.

Ne

Ne comedas cum homine insudo, & ne desideres cibos illius: quoniam in similitudinem hariali, & coniectoris existimat quod ignorat. Comede, & bibe dicet tibi, & mens eius est tecum. Cibos quos comederas, euomes, & perdes pulchros sermones tuos. Noli esse in concundum, nihis potiorum, & in commissationibus evocatis, rum-qui carnes ad vescendum conferunt: quia vacantes potibus, & dantes symbola, consumentur, & vestietur pannis dormitatio. Quod de his intelligit D. Hieronymus, qui detrahuit alios, & de aliorum vitis cum voluptate loquendo audiendoque inebriantur. De quibus David Psalm. 100. Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar, Superbo oculo & insatiabili corde cum hoc non edebam. Huc pertinet Epicteti preceptum enchiridi cap. 41. Conuicia cum extraneis respug', sciens necessarium esse, qui cum inquinato confidetur, ipsum, inquinari. Si forte cum ijs, viuere oportet: cura, ne in vulgarem statum defluas.

Sed cum illis viuere expedit, quoru vita & moribus recrēmur, doceamurq, & quoru consuetudo nobis voluptati & ornamento, atq' usui sit. Ut hic eleganter Ptolomeo respondeatur. De Opilio Macrino narrat Iulius Capitolinus, q̄ cōnīcio adhibuerit literatos, & bonos viros ut de studiis liberalibus loqns, necessario abstineret. Alexander Seuerus. auctore Lampridio, cū inter suos convinare surt, Ulpianum, & doctos bonis

homines assūmebat, ut haberet fabulas literatas, quibus se recreari dicebat & pasci. Habebat cūm primātū cānaret, librum in mensa, & legebat.

Proloμeaus Rex conuinio suo hos sapientissimos Iudeos aduocauit, atque istas quæstiones percunctatus est. Alphonsus Rex apud Panormitanum Li. i. cap. 16. profetetur, T. Linij historiam longe sibi incundiorē suauoremq; esse, & doctorum virorum sermones magis placere, quam per itissimum musicorum harmoniam. Quod Carolus Magnus B. Augustini libros de ciuitate Dei in mensa sibi prælegi curarit, multorum historijs celebratur,

*Preces ante & post conniuinū.* Supra reulie Aristeas, Iudeis præceptum fuisse, ut ante cibum precarentur, & in mensa nihil fabularentur, quod DEI memoriam obliteraret. Idque Iesseos, & primos ex Iudeis Christianos, cum summa gravitate, stantes, antequam discumberent, decenter sublatis ad celum oculis, & manibus, factitasse, refert Philo, in Libro de Iesseis, vel de vita contemplativa.

Omnibusque Christianis usitissimum fuisse, meritoque obseruandum, ut tam ante, quam post cibum, & sub prandio, hymni atque preces, & sacra lectiones adhiberentur, Clemens Alexandrinus libro 7. Stromatum, Basilius Magnus epistola 1. ad Nazianzenam. Eusebius libri

lib.9. preparationis Euangelica cap.1. probant.

Quæ ad clericorum & monachorum conui-  
nia in primis referenda sunt: ut distinctiones  
44, & extra de vita & honestate clericorum,  
docetur.

Nel longi temporis vietū, hora una cōsumat  
præcepit Clemens V. Clement. 1. de censibus,  
& Benedictus 12. extravaganti communi dī  
censibus.

Veteres in paganismo Romani, & reliquæ  
 gentes, in principio & in fine conuiuij, Ioui, Ve-  
 ste, Mercurio, ceterisque diis vinum libabāt:  
 & sublata mensa, manus ablinebant, ad lyram  
 cantantes: ut post alios authores Alexāder Sar-  
 dus Li.1. de moribus gentium cap.21 annoa-  
 ui. Edentes celebrabat Deos, & hymnos ca- Locus &  
 nebant, Idem L.3.c 15. Ubi accumbendū fue- mores in-  
 rit: Ne gloriosus appareas coram Rege, ait Salo- monsa.  
 mon pron. 25. & in loco magnorum ne steleris:  
 melius est enim, ut dicatur tibi, ascende huc, q  
 ut humilioris coram Principe. Idem CHRistus  
 Luca 14. repetit.

Hester capite i. docetur, quod Assuerus Rex  
 maximū & splendidissimū conuiuiū instrux-  
 rit, ubi præstantissima vina, & excellentissimæ  
 dapes apponebantur: nemo tamen ad edendum  
 bibendū cogebat. Similiter Ptolomeus rex hos-  
 ce 70. viros conuiuio excepturus, varia exquisi-  
 tissimorum ferulorum genera apposuit, & ad  
 hilariter vinedū adhortabatur, pro suatamen-  
 T        quemq;

**Ebrietas  
cauenda.**

quemq; valetudine agere permittebat. Diligen-  
tes, inquit Ecclesiasticus cap. 31 in vino noli pro-  
uocare, multos enim exterminauit vinum.  
Quæ est vita qua minuitur vino? Quid defrau-  
dat vitam? mors. Vinum in iucunditatem crea-  
tum est, & non in ebrietatem ab initio. Exulta-  
tio animæ & corporis vinum moderate potatū.  
Vinum multum potatum, irritationē, & iram,  
& ruinas multas facit. Si coactus fueris in-  
cedendo multum, surge è medio, & vomē, & re-  
frigerabit te, & non adduces corpori tuo in-  
firmitatem. In conuiuio vini non arguas proxi-  
num, & non despicias eum in iucunditate illi-  
us. Et capite 37. Noli audiūs esse in omni epu-  
lariōne, & non te effundas super omnem escam:  
in multis enim escis erit infirmitas, & audiūs  
appropinquabit usque ad coleram. Propter  
erapulā multi perierunt: qui autem abstinenſ  
est, adiicit vitam.. Et ante illum Salomon  
Prose. 23. Ne intuearis vinum quando flaues-  
cit, cum splenduerit in vitro color eius: ingredi-  
tur blandè, mordet ut coluber, & sicut regulus  
venena diffundet. Oculi tui videbūt extrancas,  
cor tuum loquetur peruersa, & eris sicut dor-  
miens in medio mari, & quasi sōpitus gubernat  
or amissō clino.

Eleganter precipit Epictetus, enchiridij cap.  
20. In conuiuio si fercula ad te perueniunt, exte-  
ta manu modeste carpe: si transit qui fert, nō  
eum deinceps: si nondum peruenit, ne procul appre-  
ti-

titum extendas, sed expecta dum ad te veniat: erisque aliquando dignus conuiuio Deorum. Si vero qua apposita fuerint, non capies, sed contemnes: tunc non modo Deorum conuina, sed collega eris. Et capite 42 Quod ad corpus attinet, ad purum usque usum sume: quod ad gulam aut delicias, plane circumscribe. Rursus capite 51. Si quando cum aliquo conuinari, memento, ne ad eorum, qua apposita sunt, dignitatem aduersus corpus aspicias, sed aduersus animum quoque, qualem decet conuiniantem serua. Similiter Cato apud Ciceronem, in lib. de senectute. Epulabar cum sodalibus omnino moderate. Neque enim ipsorum conuiniorum delectationem corporis voluptatibus magis, quam ceteru amicorum, & sermonibus metiebar. Bene enim maiores nostri accubationem Epulare amicorum, quia vitae coniunctionem haberet, conuum nominarunt, melius quam Greci qui hoc idem tum compotationem, tum concencionem vocant: ut quod in eo genere minimum est, id maxime probare videantur. Ego vero propter sermonis delectationem, tempestiuis colloquiis delector. Isocrates quoque Dæmonicum admonebat, ut ante ebrietatem ex conuiuio surgeret: quod uino mens corrupta, idem quod curru auria destitutus, pateretur, ut in infinita mala incurreret. Xenophon libro primo de paedagogy Cyrus author est, quod ab Astyage auo suo splendissima cena exceptus Cyrus responderit: Quot

negotia habes, aue, si tibi necessarium est in omniis hec forcula manus extendere, & degustarg tam varias epulas. Cumq, addidisset, per multas molestias atque varios errores ad saturitatē vix eos peruenire, quo simpliciter cœnantes cito & facile perueniunt: Hi, inquit auius, errores nobis molestii non sunt. Cyrus vero molestos esse inde colligebat, quod pane vescentes manus non detergerent: epulis autem fruentes, non modo in os ingerendo, sed manus quoque ter gendo ab luendoque laborem subirent. Se igitur dare operam aiebat, ne unquam satur esset: immissoq per laborem consumeret. Beatus quoque Chrysostomus, homilia 21. in Ioannē probat, ebrietatē & dubias cœnas, omnium morborum procreatrices esse: vilem vero, & simplicem, sobriamq, mensam: virtutis & valerudinis matrem existere. In cap. à Crapula, extra De vita & honestate clericorum docetur. ut nemo ad bibendum incitetur, cum ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis prouocet incentium.

Hinc de cauenda ebrietate, ac ingluwie, & sacræ, & humanae literæ grauissimis argumentis præceperunt. Eamq, omnes gentes, omnesque legumlatores seuerissime prohibuerunt. Et haec uti caueretur, veteres iucundos & honestos sermones in coniuicijs aspergebant, & oportune questiones proponebantur, de quibus coniuic differerent: sicut iam ante de Macrino, Alexan. Scuero, Ptolomao, & Alphonso enarrauit.

Et

*Et Aulus Gellius, lib. 2. noëtum Atticarum, cap. 22. memoria prodidit, ad mensam Phaoniorini legi solitum carmen aliquod vetus Melici poëtae, aut historiam græcam sive latinam. Lib. 3. cap. ultimo ait, ipius Phaoniorini seruum, quando cibus apponebatur, legere incepisse. Lib. autem 6. cap. 13. testatur, quod ad coniuinum abituri, cogitarint argutias questionum, & facetias, quas in mensa depromerent, nemoque, venerit asymbolus. Cogitarint vero, nec grauia nec reverenda, sed lepida quedam, & minuta, florarentque vino animum laceffentia. Li. 1. ca. 2. taxat adolescentem, qui in coniuinio multa atque immoda de philosophia doctrinis, iniēpesting atque insubide differebat. Nec enim arduis de rebus inter pocula disputandum est: sed ea sunt in coniuinijs tractunda, que utilem quandam, hilaritatem adferunt. Habendijs sermones iucundi, & inuitabiles, & cum quadam illecebra ac voluptate utiles, ex quibus ingenium venustius fiat, & amanius: non de rebus anxius & tortuosis. Gellius Lib. 13. ca. 11.*

*Quales coniuina sunt, qui à Platone in symposio, a Macrobio, Varrone, Athenaeo introducuntur. De Arcesilao scribit Laertius li. 4. de vitis Philosophorum, quod rogatus, ut inter pocula de gravi quadam re differeret, responderit, Philosophum decet cuiusque rei tempus scire. Geminus Romanorum ad Antonium legatus, in coniuinio admonitus, ut causam suā*

diceret: qui tibi respondit, dicere missus sum  
cum sobrio, ac alio loco tractanda erunt.

Varijs equidem artibus legatos tetari exper-  
tus sum, ut legationis causa ante consilium co-  
gnoscatur: quo alterius Principis, ad quem e-  
mittuntur, consiliarij deliberati statim responde-  
re queant. De Carolo quodam Virulo, Lo-  
uanij in Lilio regente, narrat Ludouicus Vi-  
nes libro 4. de tradendis disciplinis: quod, si qđo  
discipulorum parentes atq; amici ad conuiuum  
venturi essent, ipse prius aliquid de illa artē  
perquisierit, quam futuri conuiue callerent: ut  
tam eos oblectaret, quam ipse veram carū rerū  
cognitionem perciperet. Quod magnam illi au-  
thoritatem & prudentiam peperisse testatur.  
Haud pauci incredibilem variarum rerū cog-  
nitionis opinionem, auctoritatemq; collegerunt,  
quod ad conuiua profecturi premeditarentur,  
qua diei, loco, personis, & rebus apia, cum libe-  
rali voluptate & benevolentia de promerent.

Athenis inter cæteros magistratus, qui domi  
républicā curabāt, òivóñi erāt, q; cōuiua inspi-  
cerent conuiuorūq; arbitrii, atq; magistri habe-  
bantur: quod ex libro 4. Sigonij de republica  
Atheniensi, & Gelly lib. 15. cap. 2 percipitur

Lacedemonij ad conuiua sua, tanquam ad  
disciplina morumque scholam pueros adduce-  
bant, que pedīta vocabātur: Cretenses Ἀνδραί<sup>in</sup>  
& οὐοίται appellabant, à Minoe Legislatore

instituta. Al. Sardus Lib. i. de moribus gentium cap. 21. Crebro temulentos homines in ea conuicia immitebant, ut iuuenes conspecta ebrio sorum turpitudine, à temulentia abhorreret. Primi Lacedemonij cum baculis ad conuicia publica ventitabant, sed postquam Lycurgo legumlatori baculo oculū eruissent, mos ille abrogatus est. Hoc ad nostrorum conuicularum arma non ineleganter referri poterit.

Aegyptijs sublata mensa mortui hominis imaginem circumferebant, & singulis accumbentibus dicebatur: In hunc intuens, pota & epulare, talis post mortem futurus es. Joannes Bohemus lib. i de ritibus gentium capite 5-

De ciuitate morum in mensa, & de victus salubri alijs ex professō differuerunt. Id solum hic annotabo, quod de leporum esu scribit in Alexandro Seuero Lampridius: vulgo creditum, septem diebus formosos lepidosque fieri, qui leporē edissent. Unde Poeta quidam de Alexandro Imperatore.

Pulchrum quod vides esse nostrum regem,,  
Quem Syrum sua detulit propago,  
Venatus fecit, & lepus comesus,  
Ex quo continuum capit leporē.

Idem indicat Martialis epigramma in deformem:

Cum leporē mittis semp mīhi Gallia mādas,  
Septem formosus Marce diebus eris-  
Si verum dicis, si verum Gallia mandas,

*Edisti nunquam Gallia tu leporem.*

*Mnestheus apud Gellium lib. 13. capite vlt.  
asseuerat, vinum nigrum efficere vires, al-  
bum urinam. & nouum refrigerare, vetus ca-  
lefacere.*

*Antonius Geta iuxta literas & alphabetū  
in conuinio ferula opponebat: Spartianus in  
vita. Ne pauperes negligantur, Luce 14. & 16.  
docetur. Hinc Nehemia 8. Comedite pingua,  
bibite mulsum, & mittite partes his qui non  
preparauerunt sibi.*

### QVAESTIO LXXI.

Vtrum expediat priuatum aliquem Re-  
gem constituite, an ex regia stirpe procre-  
atum?

### RESPONSIΟ-

Hoc semper est eligendum, quod est na-  
turæ gratum exoptatumque. Ex regibus e-  
lecti in gubernatiōem regni, aduersus sub-  
ditos inclementes & duri solent existere:  
ex priuatis etiam nonnulli & alia mala &  
paupertatem experti, quando ad imperia  
populorum prouehuntur, intolerabiliores  
etiam impijs tyrannis extiterunt. Sed bona  
indoles ingenij, & natura proba, humanita-  
tisque cultu exornata: idonea est ad impe-  
randum. Quemadmodum tu rex magnus  
es, qui non tam dignitate Imperij & op-  
ibus alijs præstas, quam æquitate humanita-  
te-

teque alios omnes homines superas. DEO  
tibi ista clementer suggestente.

## COMMENTARIUS.

Priisci non tam ad Principum progeniem, deferebant regna quam ad homines meliores, & bene de humano genere meritos: quos tandem si utiliter regnassent, in numerum Deorum referebant.

*Adrianus Imperator, apud Dionem, de successore, ad P. C. Filium, ait: Genuerim an elegerim multum interest: genitus filius is erit, quem fata voluerint, adoptatum quisque sibi pro voluntate assumit. Quare plerunque per naturam stulti atque mutilati filii dantur: qui eliguntur, integro sunt corpore, & mente sana.*

*M. Cicero libro 3. de Legibus proficitur, omnes gentes, regna ad homines iustissimos & sapientissimos detulisse: quodque bonum Imperatorem aliquando paruisse oporteat. Ut in nauigis non praescitur, qui genere & opibus amecellit, sed qui peritia, diligentia, fide, ceteris antestat.*

*Alexander Magnus ante mortem ab amicis interrogatus, quemnam post se principem creari vellet, respondit: Optimum: cum fratrem & filium, & uxorem grautdam relinquaret: Vincentius Li. 5. cap. 65.*

*Tacitus Imperator in Sonatu adiutatus fuit, ut cum mori cœpisset, non liberos suos, verū*

*T 5 opti-*

*optimum aliquem principem faceret: Vopiscus  
in Floriano.*

*Alphonsus Aragonum Rex ad eum qui à  
nobilitate generis ipsum commendabat, quod  
Regis filius, regis nepos, regis frater esset, respo-  
dit: Laudem illam non sum, sed maiorum  
suorum esse, qui iustitia, moderatione, & ani-  
mi excellentia, atque virtutibus sibi regnum  
comparassent: successoribus oneri regna cedere.  
& ita demum honori, si virtute potius quam  
testamento illa suscipiant: Panormitanus libro  
2. cap. 29.*

*Æneas Sylvius ad cap. 21. li. 4. Panormi-  
tani de Alphonso rege. Essent, inquit, fere Prin-  
cipes meliores, si reges electio faceret, non suc-  
cessio.*

*Quisquis vero pulchram & eruditam huius  
questionis solutionem habere desiderat, legat ille  
Hieronymi Osorij librū 3. de institutione Prin-  
cipis, & Didaci Couarruniae questionem pra-  
elicam 1. atq; Dd. in ca. Deniq; 7. q. 1.*

*Vbi vero non eligitur optimorum suffra-  
gjs, sed nascitur Princeps, ibi accuratam cu-  
ram adhibere oportet, ut recte à veneris institu-  
atur, Tantoque iudicio eligendus, qui instituat,  
quam si ipse Princeps deligidus fuisset. Qui  
& bona que in puerō sunt reddat meliora, pra-  
na vero corrigat. Quod lib. 1. officiorum schola-  
sticorum cap. 2. & 30. & Li. 2. cap. 4. ex pro-  
fesso edisse est.*

Thomas

Thomas Grammaticus decisione Neapolitana i. eligendum ait Principem, qui fide rectius, vita constans, gubernatione dignus sit, ut prudenter regnum administrare queat: utq; maior salutis publicae, quam electi utilitatis ratio habeatur.

In eligendis Principibus, alijs magnitudinem corporis, alijs velocitatem, alijs externam pulchri Qualis etudinem considerauerunt, aut vires, atq; robur. ligendis.

Christiani Principes, pietate, iustitia, temperantia, sapientiaq;. & reliquis virtutibus excellere conuenit.

Senatus Romanus Tacitum electum Imperatorem apud Vopiscum sic affatur: Quis melius quam grauis imperat, quis melius quam literatus imperat? quis melius quam senex imperat? Scis quemadmodum debeas imperare, qui alios principes pertulisti: & de alijs principibus indicasti. Cumque Tacitus per etatem, imbecilitatemq; sese excusaret responderunt: Et Adrianus senex ad Imperium venit. Et Antoninus senex ad Imperium venit. Imperatorem te, non militem facimus. Animum tuum, non corpus elegimus. Caput non pedes imperat.

Dij auertant, Principes pueros, & patres patriæ dici impuberes, & quibus ad subscribendum magistri literarij manus teneant, quos ad Nō puer. consulatus dandos, dulcia, & circuli, & que cunq; voluptas puerilis inuitet. Que malum, ratio est, habere Imperatorem, qui famam curare

rare non norit? qui quid si res publica nesciat? nimirum timeat, respiciat ad nutricem, magorum magistrorum ictibus, terrorique subiaceat? Faceat eos consules, duces, iudices, quorum vitam, marita, estates, familias, gesta non norit. Hinc est. quod vulgo fertur: VAE TERRAE, VBI REX PVER EST:

*Senex  
qualis*  
Nec tamen ita senex eligendus est, qui rem publicam gubernare nequeat, aut delirare atq; repuerascere incipiat. Crebro nonos Principes accipere, toti re:publicæ detrimentosum est.

Queratur ergo qui præstantior, & diu bene gubernaturus appareret: quod Lycon consulit apud Laertium in deligendo gymnasiarcho.

Ut valetudinis quoq; & etatis, atque prudentiae ratio habeatur. Nam, etate iuuenes, multos senes in administranda republica superauerunt.

Ideoq; Ciceroni quinta Philippica indignu videtur, per annales leges, adolescentes graues & excimios, a magistratu prohiberi: cum multi ad modum adolescentes Consules facti, tantas res gesserint, ut populi Romani Imperium augerent, nomen ornarent: & Alexander Magn<sup>o</sup> 33. etatis anno, mortem obierit: plurimiq; egregi adolescentes ante istam etatem, qui res publice proclasse potuissent, extinguantur. Sic multi Reges & Principes iuuenes, cum regnare cœpissent, omnium opinionem superauerunt. Et Paulus Apostolus ad Thymotheum scribit 1. cap. 4.

Ado-

Adolescentiam tuam nemo contemnat. Sacris tamen canonibus certum tempus prescribitur, antequam ad dignitates ecclesiasticas viri vel fœminæ promoucantur: ut se tenere possint, & moderari, ne per adolescentie temeritatem afflitis abripiantur, aut honoribus elati imemperantes superbi & crudeles evadant. Adrianus Imperator apud Dionem de Antonino ait: Inueni vobis Imperatorem, qui nobis succedit generosum, mitum, mansuetum, misericordem, atq; prudenter & qui neq; temerarium quiddam propter iuuentutem, neq; per senectutem negligenter aut timide facere poterit. Sub legibus educatum, & qui iuxta mores patriæ princeps respublicæ, & dux exercitus fuit: & nihil eorum ignorat, quæ ad imperium pertineant.

Balista apud Spartianum in Macriano, maxime ait ad Imperium pertinerg; ut sit imperator diues. Ne muneribus corruptatur, aut rem pub. grauet, & ut improbos coercere possit, & ab hostibus cives defenderg;. Idem in Episcoporum electione confiditrandum monet concilium Nicenum, cap. 43. iuxta Alfonsi Pisani editionem.

Quam necessaria Principibus esset sapientia, & eruditio, lib. 2. officiorum scholasticorum c. 5. & q. 31. & 34. declaravi. c. 3. de for. 26. q. 2.

Ne per forces princeps creetur, prohibet in i legijs Libro de creatione principis Philo: quod nec ab

ab agrotis forte capiantur medici, sed eligatur expertissimus quisq; nec nauclerus sorte puppim ascendat, sed queratur aliquis, qui gubernandi artem a iuventute didicerit. Egesippus quoque author est, quod per istam rationem impensisimi sape ad maximos honores, & summos magistratus concenderint libro. & de excidio Hierosolymitanocap. 6. Vbi & inter praecipias causas miseriae & excidiij Iudeorū recenset, quod Sacerdotia, atque Pontificatus Maximus ad homines ineptios, & indoctos, atque auaros deferretur.

Plurimum certe detrimenti ecclesia Catholica capít, quam in Episcoporum & praetlatorum electionibus, sacri canones non purg obseruarentur.

Ut summopere necessarium sit, aureum Pij n. verbū resuscitare: Dignitatibus homines dan disunt, non hominibus dignitates. Et quæ Paulus ad Thymotheum, & Titum de Officio aq; electione Episcoporum præcepit.

**Nobilitas generis.** De nobilitate generis quatenus ea in electionibus consideranda esset, multi sapientissimi viri ex professo disseruerunt.

Nobilitatique generis plurimum omnes ferre gentes merito detulerunt.

Sed postquam apud veteres Romanos multi à vera nobilitate Maiorum degenerabant, & pessimis moribus prædicti, maximisq; sceleribus insignes, eo solum nomine, quod

ex nobili familia prouenissent, sibi potissimum omnes magistratus deberi putabant, & plebeos, tanquam homines nouos, & omni magistratu indignos contemnebant, hoc multi grauissimi scriptores reprehenderunt.

Horatius enim Flaccus lib 1. sermonum

Satyra 6. cecinit.

Non quia Mecenas Lydorum quicquid Her  
truscis

Incoluit fines nemo generosior est te:

Nec quod aut tibi maternus fuit atq. paternus,  
Olim qui magnis legionibus imperitarint,  
(Ut plerique solent) naso suspendis adunca  
Ignoros, ut me libertino patre natum.

Cum referre negas, quali sit quisque parente  
Natus, dum ingenuus: persuades hoc tibi  
verg,

Ante potestatem Tulli atque ignobile regnum,  
Multos sepe viros nullis maioribus ortos,  
Et vixisse probos, amplis & honoribus auctos.

Similiter Iuuenalis Satyra 81. ad

Ponticum.

Stemata quid faciunt, quid prodest Pontice logo.  
Sanguine censeri? pictosq; ostendere tulius  
Maiorum, & statas in curribus Aemilianos?  
Quis fructus, generis tabula iactare capaci  
Fumosos equitum cum dictatore magistros,  
Si coram lepidis male visitur? effigies quo

Tot

Tot bellorum, si luditur alea pernox?  
 Ante Numantinos si dormire incipis orsus  
 Luciferi, quo signa duces & castra monebat?  
 Cur Allobrogicis & magna gaudet ara  
 Natus in Herculeo Fabius laic⁹. si cupidus, si  
 Vanus, et Euganea quantumvis mollior agna?  
 Si tenerum attritus Catinensi punire lumbum  
 Squalentes traducit a nos? emporq; veneni  
 Frangenda miseram funestat imagine gentem?  
 Tota licet veteres exornent vndiq; Ceræ  
 Atria, NOBILITAS SOLA EST.

ATQVE VNICA VIRTVS.

Prima mihi debes animi bona, sanctus haberi,  
 Justitiaq; tenax factis dictisq; mereris,  
 Agnosco procerem.

Marcus Cicero in oratione pro lege Agraria, Eum, inquit, locum, quem nobilitas presidis firmatum, atque omni ratione obnallatum, tenebat me duce rescidisti; virtutisq; in posterum patere voluisti.

Et pro L. Muræna. Cum ego tanto intervallo claustra ista nobilitatis refregisssem, ut aditus ad cōsulatum posthac, (sicut apud Maiores nostros fuit,) non magis nobilitati quam virtuti pateret, non arburarab de generis nouitate accusatores esse dicturos, &c.

Etsi vero Martinus Cromerus in oratione de tuenda dignitate sacerdotali illas constitutions, per quas plebei à primariis ecclesiis prohibentur,

bentur, nouas & virtuti viam precludentes, verboque DEI contrarias appellat: mihi tamen grauissimis de causis illae introducte videntur, neque facile his turbulentis & periculosisimis temporibus mutandas credo.

Dummodo nobilitas generis cū vera catholica religione, cum iustitia, cū modestia, cū temperantia, caterisque virtutibus Maorum coniuncta sit.

Alioqui certe, malum ingenium magnam potestatem adeptum, magnum est recipuum, & magnas fere calamitates efficit.

In primis consideradū ~ Epvī apud Athenē de Athēnēnsib[us] querela locum accipiat: Quo nate hac nō mo p[ro]fici conuiuo Quisquam tulisset nunc videmus scilicet, Belli duces, ô ciuitas, ô ciuitas, Fortuna ut es falaciore quam sapis.

Et quod Isocrates in oratione de pace queritur, Athenienses ab eorum consilio dependentes solitos, quos omnes sapientes aspernabantur, & his eorum ciuitatem tradere, quibus nemo privatim quicquam credere auderet.

Si autem populo detur principem per suffragiū creandi potestas: is teste Horatio Lib. 1. ne eligat. sermonum satyra 6. stultus honores

Sapè dat indignis, & fame seruit ineptus,  
Qui stupet in titulis & imaginibus.

Cumquāc alijs ex populo diuitias, alijs nobilitatem, alijs eloquentiam, alijs comitatem, aut similitudinem

mile quid considerent: difficulter unum omnibus suffragijs essent electuri, ut recte monet Chrysostomus libro 3.de sacerdotio.10.5.

Propterea certi electores constituti sunt, in quibus positum est, utrum conseruare rem publicam Dilicam, an perdere velint. Qui, si viri boni ducum q. sunt, & tam sue quam totius patriæ salutis i. num. 4.: consulere cupiunt, id in eligendo considerari debent, quod in administrando electum spectare oportet: ut publica visitas omnibus rebus præponatur. Et quo minus integrum est mutare semel electum, eo circumspectius eligendus erit, ne diutissimè minus hora temeritas exorniet. Qui enim fauore aut muneribus corrupti, indignos aut malos Principes eligunt, gravissime in officio delinquunt, & omnium scelerum, que electi designant, rei indicantur, ut Chrysostomus libro 4.de sacerdotio, & homilia 3.in acta Apostolorum. & Basilius epistola 76. Et Gregorius lib.8.epistola 23. probant. Quia Sichemite, repudiat is Gedeonis legitimis filijs, spuriū illum & crudelēm Abimelech, Regem suum crearant, propterea q. cognatus ipsorum atque ciuiis esset, nulla virtutis, atq. reipublicae, vel iuris ratione habita: iusto DEI iudicio, gravissimum tyrannum experti sunt, qui ipsos acerbissima morte, & diris cruciatibus interemit: ciuitatem & turrim sic euertit, ut locum sale conpergeret. Iudicum cap.9. Hoc ceteri electores pro exemplo capiant: & considerent,

om-

omnia diligenter, ingenium, indolem, mores, an-  
teactam vitam. Quidam enim facta probita-  
te, viam sibi ad potentiam atq; magistratus mu-  
niunt, faciuntque multa, quae boni solent, & eò  
quidem promptius, quod fallendi gratia faci-  
ant. Sed cum esse cæperint voti sui compotes, tunc  
dilectum, simulatione deposita, mores suos dete-  
gunt, rapiunt omnia perdunt, & vexant: eosq;  
ipso bonos quos prius defenderant, & per  
quos electi fuere, persecuntur. Quæ Laetan-  
tij querela, lib. 6. cap. 6. huic nostro seculo ni-  
mis vere conuenit.

Quando aliqui egregiam indolem, maximā  
pietatem, ac modestiam simulant, & ut vulgo  
aiunt, claves queritant: sed ubi ad concupitos  
magistratus peruererint, longe alij mores in ip-  
sis præter omnium expectationem apparent.  
Memorabilis Chrysostomi vox est, homilia  
47. in Mattheum: Principium malū fuit, quia  
multi ex præsulibus dormitantes, pranos & hæ-  
resim occultantes viros ad gubernacula ecclesia-  
rū promouerunt: qua ex re tanta facultas dia-  
bolo data est, ut iam illis in medio prælatis mul-  
to minus laboret.

Si forte ab ægrotis principibus rogentur ele-  
tores ut filios aut cognatos ipsorum eligat, M.  
Falconij ad Tacitum Imperatorem oratione, a-  
pud Uopiscum respondere poterint. Ne sic rem  
publicam, populumq; ut villam tuam, ut colo-  
nos tuos, ut seruos relinquas. Ingens est gloria

*morientis principis, rem publicam magis amare quam filios.*

• QV AESTIO LXXII.

Quid sit in regno optimum maximumque.

RESPONSIO.

Vt subditi perpetuam pacem habeant, & ius suum in iudicijs cito consequantur : quod tunc fit, quando princeps malorū osor est, bonos diligit, plurimique æstimat hominis animam saluam facere. Sicut tu iniustitiam summū scelus iudicas, cunctaque iuste gubernans, perennem gestorum tuorum gloriam consecutus es: cum Deus tibi puram, omnique labore carentem mentem illustrarit

COMMENTARIUS.

**Q**uemadmodum nihil reipublicæ pernitiosus est, quam bellum, ita profecto utilissima præstantissimaque est pax.

Quare veteres in paganismo Romani maxima eam veneratione, extracto Pacis nomine templo, coluerunt. Quoniam vero pax semper retineri non potest, qualiter in bello gerendo Principes versari oportieret, quæstione s. declaravi.

Secundo loco hic de iustitia conservanda, & iure dicundo precipitur: nam pacis conservatio in iustitia & iure potissimum consistit.

Idco-

Ideoque Moses prædicatur, Exodi 18. & Dauid 2. Re. 8. quod fecerint iudicium & iustitiam in omni populo suo. <sup>ppseq,</sup> Dauid Psa. 81. Princes ad iustitiam inuitat: Vsq; quo iudicatis ini-  
quitatem, & facies peccatorū sumitis? Judicate  
egeno & pupillo, humile & pauperem iustifica-  
te. Eripite pauperē, & egenū de manu peccato-  
ris liberate. Quod Esa. c. 1. Mich 3. repetit. Rur-  
sus Dauid Psa. 98. Honor regis iudiciū diligit.  
Dauidis filius Salomō, non solū à sapienti & ve-  
rò iudicio incredibilem autoritatem accepit 3.  
Reg. 31. verum etiam Proverb. ultimo ca. debor-  
tatur, ne regibus propinetur vinū: ne forte bi-  
bant largius, & obliuiscantur iudiciorum, &  
mutent causam filiorum pauperis. Capite verò  
29. Rex, inquit, qui indicat in veritate paupe-  
res, thronus eius in aeternum firmabitur. Qui-  
cunq; autem iustitiam negligunt, & pauperes à  
sceleratis hominibus vexari patiuntur, illos in-  
dicabit Deus. Propter miseriā inopū, & ge-  
mitum pauperum, exurgam inquit dominus,  
Psalm. 11. Deprecationem lēsi exaudiet, nec de-  
spiciet preces populi sui, nec viduam, si effun-  
dat loquela gemitus. Eccles. 35.

Pauperibus oppressis, nulla spes est, nisi  
in Principe, & iudicibus.

Augustus Casar ipse ius assidue dixit, &  
in nocte nonnunquam, si parum corpore valeret,  
lectica pro tribunali collocata, vel etiam do-  
mi cubans: dixitq; ius non diligentia modo

summa, sed & lenitatem.

*Appellationes urbanorū litigatorum quotā  
nis prætori urbano delegabat: at prouincialium  
um consularibus viris, qnos singulos cniusqng  
prouincie negotijs præposuisset, teste Suetonio.*

*Adrianus Imperator, causas Romæ atq; in p-  
uincijs frequenter audiebat, adhibitis consili-  
suo Consulibus, atque prætoribus, & optimis  
senatoribus authore Spartiano. Dion ve-  
rō scriptum reliquit, quod transeuntem A-  
drianum mulier forte rogarit, uti se audiret:  
cui cum ille respondisset: Otium mihi non  
est: illa deinde clamans ait: Noli ergo im-  
perare: tum conuersus, eam audierit: Et re-  
liquo tempore ius assiduū dixerit, cum  
primoribus ciuium, aliquando in palatio, non-  
nunquam in prandio, interdum, & siqui-  
dem sepius, ex tribunals: ut quæ fierent  
publicarentur: astiterit aliquando & consu-  
tibus, quando illi iudicabat,*

*Similis quedam mulier ad Philippum,  
Macedonia regem, dixisse fertur: Si Ius di-  
cere non vacat, ne igitur rex esse velis.*

*Isocrates Nicoclem hortatur, ut in ciuum  
controversiis audiendis insit & diligenter verse-  
tur, ut nec ad gratiā alicuius, nec odium pugna-  
tes iisdem de rebus sententias ferat. Agesilaum  
regem, causas audiensem, quidam crebro ad-  
monebat: Agesilac, decet regem legibus opitula-  
ri. Ad Justinianū Imperatorem scripsit Agapit⁹:*

811:

Æqualiter ut amicis, ita & inimicis iudicia dictabis, ut nec propter benevolentiam gratificeris amicis, nec inimicis ab similitate iniquior appreas. Summa vero diligentia in iudiciis causas cognoscere oportet, qui de litigantium controvenerunt sunt pronunciatur: nam iustitia inuenitio longe omnium difficillima est, & veritas paucum attendentes facile effugit. Alphonsus Aragonibus, teste Panormitano, frequenter pauperum causas tantummodo audire solebat: ut & ipsi facile adire possent, & potentiores ab iniuriis inferendis deterrerentur. Unde perspicitur, quam impia & beluina Libertinorum vox sit, qua impudenter affuerant, non decere principes audire querelas & contentiones subditorum, aut lices dirimer: quod ubique lis est, ibi transgressio sit: ut recitat Calvinus, Instructione contra Libertinos capite 24.

Sceptrum Regis iustitiae & iurisdictionis signum est, quo admoneatur, omnia ad recti & exactae iustitiae normam ordinemque iuris renocare.

Alexander autem Magnus cum sederet index, alteram aurem occlusum, rogatus cur id faceret: Alteram, inquit, integrum reservo partem aduersa.

Danidis Regis filius Absalon, quod in iure dicendo officiosus esset, & suam operam sperte offerret, humanissimeque omnes tractaret: animos ciuium tantopere conciliavit, ut

*ab optimo Rege suo ad filium Absalonem defi-  
cerent. 2 Regum 15.*

*Hinc Schurffius consilio 40 probat, quod in-  
dex qui ius dicere non vult litem suam faciat.*

*Et Heningus Godem consilio 2 de iniurijs  
confirmat.*

*Xenophon libro primo de institutione Cyri,  
secundum legem iubebat semper ferēdam sen-  
tentiam. Et Lactantius cap 19. de fra Dei: In-  
dex, inquit, peccatis veniam dare non potest,  
qui voluntati seruit alienę: Deus vero potest,  
quia ipse legis sue disceptator & index est.*

*Vtrum semper in indicando id sequendū  
sit, quod index verum esse nouit, an id quod  
agitur atque probatur post Gellium lib. 14. cap.  
2. varia à Jurisconsultis passim pertractantur.*

### ARISTAEAS:

*Postquam Rex huiusmodi suum cum il-  
lis sermonem finiuit, tunc & his qui senten-  
tias rogati dixerant, & alijs præsentibus, cra-  
terem plenum vino libauit. & tandem illos  
viros allocutus est: Vestro aduentu contige-  
runt mihi maxima bona, nam multum v-  
Oratio retilitatis percepi ex doctrina vestra, mihi de-  
gis ad inregnandi ratione tradita. Hinc mandauit,  
interpretes. singulis talenta tria donari, & puerum qui  
ea obtulit. Hec omnibus approbantibus  
Iose. li. 12. cum acclamacione, conuiuium replebatur  
ca. 2. legit lætitia, Rege sine intermissione omnia ad  
4. talenta. hilaritatem referente.*

Ego

Ego antem ô Philocrates fui longior in  
commemorandis istis: sed tu dabis veniam  
mihi, nam ego supra modum admiratus  
sum istos viros, ita ex tempore responden-  
tes de rebus meditationis longi temporis.  
Nec verò ego solum admirabar tum inter-  
rogantis solertiam in meditandis singulis  
quæstionibus, tum facultatem tam promp-  
tam respondentium ita aptè & sapienter ad  
singulas interrogationes: sed & alijs omni-  
bus qui aderant, videbantur hæc admirati-  
one digna, & præcipue Philosophis, existi-  
mo autem fore, vt & alijs omnibus qui hæc  
sunt lecturi, videantur ea supra fidem es-  
se. Sed profecto non licet aliquid falsi nar-  
rare de illis, quæ excepta & annotata sunt,  
& nefas iudicem etiam præterire aliquid *Historiā*  
in huiusmodi rebus: sed vt hæc sunt acta, ita *verā c̄s̄ḡ*  
ea exposui, vt vitarem omnem errorem. *probat.*  
Licet ipse hæc omnia percepissim, tamen  
studiose istam expositionem meam accepi  
ab illis, qui singula quæ fiunt & dicuntur in  
regijs negocijs & conuiuijs, excipere & an-  
notare solent. Nam, vt ipse scis, hic mos est,  
vt quo die Rex incipiat publica negotia a-  
gere, omnia excipientur scripto, & quæ di- *Annales*  
cantur & quæ gerantur: id quod rectè & v- *Ægyptio*  
tiliter fit. Nam hinc sequenti die & acta *rū. Vidḡ*  
& dicta præcedentis, antequam quid denuò *cap. 2. lib.*  
publicè agatur, præleguntur: & si quid pa- *Hester.*

rum rectè est gestum: id emendatur. Inde ergo cum essent omnia accuratè prescripta, nos hæc, sicut dictum est, desumpta & selecta ad te misimus: non ignari, quantum sit tuum studium ad cognoscenda vtilia.

Post tres autem dies, quam illa quæ exposuimus, sunt acta, Demetrius assump-  
fit ad se illos viros, & in insulam per ag-  
gerem maris septem stadiorum est pro-  
gressus, ac traiecto ponte, partes versus  
septentrionem occupauit: ibi congregatis  
illis viris in domo splendide extructa iux-

*Locus in-* ta littus, & ab omni tumultu & strepitu re-  
*interpretati* mota, cum ibi etiam adessent omnia, qui-  
onis, *De bus opus foret*, hortabatur eos ad interpre-  
*quo cap 8.* tationem legis perficiendam. Illi autem  
*prolegome* rem aggressi, singula ex collationibus ad  
*num.* consonantiam elaborabant: & quod ita cō-  
sonum & elaboratum erat, ut dignum es-  
set descriptione, à Demetrio scripto exci-  
piebatur. Ac quidem quotidie ad no-  
nam usq; horam in tali studio congregati  
erant: deinde discedebant ad curandum  
corpus, quibus omnia largè suppeditaban-  
tur quæ cupiebant, & præter hæc quotidie  
de illis quæ regi apparabantur, & his Do-  
rotheus ex mandato regio subministra-  
bat. Atq; etiam quotidie bene mane venie-  
bant

bant in aulam, & salutato Rege redibant ad suum locum: lotisque manibus pro com-  
muni omnium Iudeorum more ex mari,  
& votis ad Deum peractis, pergebant lege-  
re, & singula interpretari.

Interrogati autem & de hoc, quare post Quare  
lotas manus vota faciat? respondebant: hoc Inde i vo-  
fieri in argumentum & testimonium, nulli. t a p e r a -  
us sceleris perpetrati, quoniam per manus Et si ma-  
omnes conatus soleant expediri, ita pul- nus la-  
chre & sancte omnia ad iusticiam refere- uent.  
bant. In singulos ergo dies, sicut ante dixi-  
mus, conuenientes in locum illum amce-  
num, iucundumque & ob silentium & ob  
lucis claritatem, rem suscepitam studebant  
perficere. Ac quidem ita cecidit, vt illa  
interpretatio corum absoluatur diebus Idē testa-  
septuaginta duobus, perinde ac si data ope- tur Josep-  
ra hoc ab illis factum fuisset. L.12. c:2.

Absoluta autem interpretatione, De Legis in-  
metrius illam Iudeis omnibus congrega- terpreta-  
tis in locum illum, vbi ea perfecta erat, prætio absolu-  
legit, presentib. etiā ipsis interpretib. qui etiā ta.  
vt authores magnorum bonorum, magna  
laude & approbatione sunt accepti ab ipsa  
Iudeorum multitudine. Similiter & De Interpre-  
metrium prosequuti sunt sua laude, ro- tationis  
garuntq; vt istam legē descriptam suis etiā compre-  
am principib. dare vellet. Postquam vero batio,  
perlecta sunt ista volumina legis, adstan-

tes & sacerdotes & interpretes seniores, gubernatoresq; ciuitatis, & ipsi principes multitudinis, ita dixerunt: Quoniam recte, sancte, & per omnia accurate perfecta est ista interpretatio, par est, ut omnia permaneant in suo habitu, nec vlla fiat immutatio. Omibus ad haec cum approbatione acclamantibus: iusit Demetrius illos, vthaberent in more, imprecari dira illi, si quis immutatus esset quid vel addendo, vel transferendo, vel auferendo. Quod recte fecerunt, ad hoc ut perpetuo conseruarentur illa salua, & cum diuturnitate inuiolata.

Quæ & ipsa cum essent Regi denunciata, valde est gauisus. Nam putabat ita præclare suum institutum esse ad perpetuitatem confirmatum. Ac quidem cum ipsi omnia essent prælecta, valde admiratus est legislatoris mentem. & ad ipsum Demetriū dixit: Quare tanti operis nullus Historio-

*Quare nullus historiorum aut poetarum aggressus sit mentionem facere? Ille inquit: Quia ista lex est sacrosancta, & diuinitus lata: tum quia non nulli aggressi, diuina plaga territi, ab instituto destricerunt. Nam audiui Theopompū cum vellet quædam ex ista lege, tum non ita commodè versa, in suam historiam inferere, animo fuisse turbatum ultra dies tri-*

gin-

ginta. & in morbi intermissione cum exorasset Deum votis, ut sibi declararet, quam ob causam hoc sibi accidisset: in somno ei fuisse indicatum, ideo accidisse, quia diuina studio suo euulgare conaretur, & referre ad multos homines. Hinc cum institutum intermisisset, dicitur fuisse liberatus a morte. Accepit iam de Theodecte tragico poetam, cum voluisset aliquid quod scriptum esset hoc libro, transferre in quandam suam fabulam, fuisse visum ei ablatum, donec pendisset hoc sibi evenisse propter hoc suum factum, & per multos dies reconciliasset sibi Deum votis suis.

His auditis Rex, & (sicut diximus) accepit à Demetrio legis interpretatione, religiosa veneratione est eam prosecutus: & ius primā refit magnam curam haberi librorum istorum, eosque religiose obseruare: ipsos etiam interpres rogauit, ut post redditum suum in Iudeam crebrius ad se venire velarent. Iam enim iustum esse, ut ipsos dimitat: sed si redirent ad se, ipsos, ut par sit, pro amicis habiturum, & maximis muneribus ornaturum. Hinc iussit adornari quae facerent ad illos deducendos, magna que munificentia est in eos usus: dedit cuique tres pulcherrimas stolas, & duo talenta auri, & calicem talenti unius, & omnem ornatum

*Li. in bibliothecā*  
*Bruchio Epiph. De ponderib.*  
*& mensuris.*  
*Dona interptib<sup>o</sup> et Eleazaro,*  
*post legis interptatiōne absolue qui tam data.*

qui In cœnaculis expandi solet.

Mittebat etiam Eleazaro simul it dedu  
Etione illa, decem mensas argenteis pedibus  
præditas, & omnem earum ornatum, & ca-  
licem triginta talentorum. Stolas item de-  
cem, & purpurā, ac coronam insignem de-  
core, tum circiter centum linteola byssina.  
Ad hæc, phialas & pelues, & duos aureos  
crateras ad libationes sacras. Præterea scri-  
psit ad ipsum, & eum rogauit, ne prohibere  
vellet, si forte aliqui istorū virorum iter ad  
se suscepturnt essent. Nam sibi grauissimam  
futuram conuersationem cum tam doctis  
& intelligentibus viris: seque malle suas o-  
pes largè & magnifice conferre in tales ho-  
mines, quām in alias non tanti momenti  
res.

*Aurea* Atq; ita Philocrates, quemadmodum  
*Regis vox* promisi tibi, habes hanc historiam: quali  
*de sua* puto te magis oblectari, quām libris eorum  
*voluntate* qui fabulas continent. Nam intentuses stu-  
*in doctos.* dio grauium rerum, & huc plus temporis  
impertis. Dabo autem operam, vt quæ alia  
commemoratu digna nancisci potero, &  
illa ad te perscribam: vt illis euolutis, conse-  
quaris studij tui pulcherrimum  
præmium.

F I N I S.

Præci-

# PRAECIPVA ERRATA

*QVÆ INTER EXCUDEN-  
dum irrepserunt.*

Pag. 98, vers. penult. lege potitus.

Pag. 129, vers. ii. pro papa lege pace.

Pag. 202, vers. 3, lege aderant.

Pag. 230, vers. 12, lege philosophiam.

OCN. 45570249

STANZA AVANTAGE

BY JAMES R. HARRIS

PRINTED IN U.S.A.

BY THE AUTHOR

1922

ISBN 0-912842-01-1

1922

1922

1922

1922

1922

1922

1922

1922

1922

1922

1922

1922

1922

1922

1922

1922

1922

1922

1922

1922

